Vol. 2 - Disp - 7. Mm.

Q. D. B. V.

SPECIMEN ANALOGICUM

JURISPRUDENTIÆ UNIVERSALIS

ET

ROMANÆ PARTICULARIS

Quoad Statum Libertatis.

proxima 25. Sept. die

Publicæ Eruditorum Diſquiſitioni

exponent

PRÆSES

STEPHANUS CHRISTOPHORUS HARPPRECHT Jur. Doctor & P.P.

RESPONDENS

JOHANNES THEODOSIUS WOLFIUS, Tubing. LL. Stud.

Horis Locoque Conſuetis.

TUBINGÆ

Literis Kernerianis *A. R. S. M.DCCV.*

Digitized by Google

Digitized by Google

SERENISSIMI WURTEMBERGIÆ
DUCIS
MINISTO STATUS INTIMO.
UT ET
SENATUS ECCLESIASTICI DIRECTORI SUPREMO.
VIRO
ILLUSTRI ATQUE MAGNIFICO
DOMINO
JOHANNI RUDOLPHO
SEUBERTO
DOMINO SUO GRATIOSO:

Digitized by Google

VIR ILLUSTRIS atque MAGNIFICE.

SI unquam, per tot el ipſa ſecula Nobiliſſima Univerſalis Jurisprudentiæ præcepta floruerunt, ea certe hac tempeſtate ad ſummum faſtigium perveniſſe dicendum eſt; Quod enim ad prioris ævi tempora attinet, nondum tam cognita atque explicata fuere, ejus ſtudii fundamenta, & prima principia, ne dicam interiora penetralia, ut peculiaris alicujus Diſciplinæ nomen mereretur, imò aliquibus ne nomen quidem cognitum fuiſſe, conſtat; usque dum noſtris temporibus, Sagaciores hujus ſeculi Viri, Muſarumque Patroni conſultum duxerunt, ut eam è latebris quaſi in publicas Cathedras producerent, & qui hanc Nobiliſſimam Jurisprudentiæ partem docerent, conſtituerent, hiſce tu VIR ILLUSTRIS *atque* MAGNIFICE *jure merito annumerandus cum ſis, dum hiſce pagellis initium capit, quod à Domino Præſide, pro Jure tam Univerſali quam Romano illuſtrando, deſtinatum & conſecratum eſt, cui potiori Jure adſcribi debuerit, certe me latet, alio etiam ex capite hoc Chartaceo mactandus munere; ac tot tantaque iam dudum in familiam meam collata Beneficia, ne Crœſi quidem opibus compenſanda, id quaſi tuum expoſcerent, quod homo Tibi ſoli dicatus, & Gratiæ ſolummodo Tuæ radiis accenſus, ex obſcuro in publicum prodiens, impar Virtutum Tuarum præco, ſpecimini ſtudiorum deſtinaverat. Suſcipe igitur* VIR ILLUSTRIS *atque* MAGNIFICE *levidenſe hoc gratitudinis ſymbolum, & de meliori nota commendatum ſerva, qui tibi jam antea plenè devotus eſt, & quotidie* DEUM TER OPT. MAX. *calidiſſimis precatur precibus, ut* TE, PRINCIPI, ECCLESIÆ REIPUBLICÆ CIVILI ET LITERARIÆ, *Tuisque omnibus quam diutiſſime ſervare velit incolumem, omnibus numeris florentem & feliciſſimum. Vale denique Reipublicæ Patriæ Præſidium, Vige omnium Bonorum ſolatium, & ſempiternis invictæ virtutis & Gloriæ monumentis, ſicuti aſſoles illuſtrari, & de univerſa Republica porro quam optimè mereri perge, ut & per Te valere poſſit*

ILLUSTRIS TUÆ MAGNIFICENTIÆ

Servus devinctiſſimus

Reſpondens.

Q. D. B. V.

PRÆLOQUIUM.

DE Jurisprudentia Romana multi multa & varia omnibus Seculis auſi ſunt dicere, quibusdam eam laudibus ſuis in cœlum adeo usq; extollentibus, ut eam tanquam Rationem Naturalem omnibus imperantem, omnes alias Gentium Leges ſuperantem, Jurisprudentiam perfectam, & omnium Politiarum Statui accommodabilem, Legum omnium matrem, Jus Commune & Univerſale, omnium ſupremum & Eminentiſſimum, Legum Sanctitate & diſciplina exterarum Gentium omnium Legibus & Inſtitutis præponderans, vid. Arthur. Duk. *de Uſu & Authorit. Iur. Civil. Lib.* 1. *cap.* 2. *per tot.* imo, ipſum Jus Naturæ & Gentium, præter quod nullum aliud detur peculiare Jus, quo regatur Populorum Gentiumque Societas, Johann. Feldenus *in Not. ad Grot. in Prolegomen.* appellare & commendare non dubitaverint; aliis vero è contra iſtam adeò deprimentibus & plus quam Vatiniano Odio proſequentibus, ut non ſolum cum Franciſco Ximenio, (de quo leg. Alvar. Gomez. *de Rebus Geſtis*

A *Franc*

Franc. Ximen. Lib. 1.) omne quod iſtius ſtudii hauſerunt, ſi poſſent, libenter per vomitum reddituri eſſent, ſed etiam acerrimis in eam ferantur invectivis, & cum Hyp. pol. à Lapide *in Tr. de Rat. Stat. in Proœm.* cadaveroſam & ruinoſam Imperii noſtri faciem, corruptam Rempublicam, & quæ ſunt ſimilia, iſti adſcribant, Leges Germanicas antiquiores præferendas, vel ad minimum juxta dictamen rectæ Rationis & Æquitatis amuſſim, Leges Romanas exaſciandas & purgandas ſtatuant, Compilatores Jurium Provincialium, cæci impetus in ſupprimendis Moribus Germanicis & extollendis Juribus Romanis, (quod de Compilatore J. P. W. dicit Dn. Thomas. *in Diſp. de Arrhis. Emt.* §. 67.) accuſent, & in ſumma omnem Lapidem moveant, ut LL. Studioſis Jurisprudentiam Romanam manibus excutiant, à ſubſelliis docentium denique & Judicantium expellant, & ſinguli, novi quid ſubſtituant, prout cuilibet hæc vel alia Juris emendandi arriſit methodus. Ingentem ſanè hæc res Viris Doctis movit dubitationem, ne dicam difficultatem, quibusdam Jus Romanum generaliter defendentibus, & Megalandri Lutheri effatum *Tom. VI. Altenburg. ad Pſal.* 101. *fol.* 204. ibi: das Kayſerl. Recht nach welchem das Römiſche Reich noch heut zu tag regieret und biß an den Jüngſten Tag bleiben wird / iſt ja nichts anders dann heydniſche Weißheit / welches die Römer / ehedann Rom von Chriſto oder von GOtt ſelber etwas gewußt / geſetzt und geordnet haben / und ich achte wohl / wann jetzt alle Juriſten in einen Kuchen gebachen / und alle Weiſen in einen Tranck gebrauen würden / ſie ſolten nicht allein die ſachen und händel ungefaßt laſſen / ſondern auch nicht ſo wohl davon reden und dencken können ꝛc. &c. instar Ægidis omnibus Adverſario-

rum

rum telis objicientibus, aliis novi Corporis Juris ad Statum Reipublicæ Romano Germanicæ magis facientis, confectionem authoritate publicâ curandam optantibus, aliis verò ſelectionem & ſeparationem utilis ab inutili, anilium fabularum ab eo quod in ipſis obtinet rerum argumentis & Juris Univerſalis principiis, ſuadentibus. Et ſane, ſicuti prima ſententia, Jus Romanum etiam in iſtis quæ jam dudum obſoleta ſunt & ab Uſu Fori Germanici receſſerunt, applicantium, omnemque tam in Publicis quam Privatis Negotiis deciſionem exinde petentium, non poteſt non reprobari, cum in publicis, uti rectè Auth. der Donauwertiſchen Information, *part.* 1. *pag.* 121. monet, Reipublica Germanicæ forma nicht auß den Lateiniſchen Rechten/ oder Bartolo und Baldo, ſondern vielmehr auß deß Reichs Löblichen herkommen und dahero rührenden alten Verfaſſungen/ auß der Güldenen-Bull/ Kayſerlich und Königlichen Capitulationen/ deß Reichs-Abſchieden und Conſtitutionen zu nemmen &c. in Privatis vero multa etiam apud Germanos non obtinentia vel moribus noſtris parum applicabilia occurrant, de utroque graviter diſſerente Zieglero ad Grot. *in Præfatione.* ibi: Seculi noſtri hæc labes eſt, quod in Academiis ad Leges Romanas ita aſſuefieri cogantur Juvenes, ut in omni Controverſia, etiam ubi inter Summos Principes lis vertitur, non aliunde deciſionem petendam credere oporteat, quam ex Jure Romanorum & Legibus iſti uni Reipublicæ accommodatis. Fac mihi jam talem publico Regimini admoveri, & de Lege condenda deliberationem inſtitui, ſubnixo ille animo, Leges quas didicit, ad Nauſeam evomet, & Romanorum Inſtituta, ut τεμένη ἱερὰ obſervabit, nec admittet Legem novam aliter

ſcribi. Sic igitur Effectus omnes, v. gr. Patriæ Poteſtatis moribus Romanis introductæ, matri denegabit, quia ſcilicet matrem Liberos in poteſtate habere noluit Reſpublica Romana. At vero non amplius inter Romanos ſcribere oportuit Legem, ſed inter eos Populos, qui ductum Naturæ ſecuti, utrique Parenti eandem dederunt poteſtatem, idem Imperium, niſi quod in contentione Imperiorum primas relinquant Patri. Sunt ejusmodi alia plura, noſtræ Reipublicæ Germanicæ minus convenientia, quæ ſi quis in argumentum exhibere velit novæ Legis, Germaniam is in Provinciæ formam redigere velle cenſebitur, Victor, ſi Diis placet, Scholaſticus & umbratilis. Ita, cum altera ob inſignes ejus rei difficultates optanda potius, quam ſperanda, & Supremorum ſolummodo Magiſtratuum cura ſit, notantè Teſmaro ad Grot. *in Prolegom.* §. 30. *Lit. C.* multi Viri Docti hactenus id unice in Votis habuêre, ut tot inutilibus laboranti ſuccurreretur Jurisprudentiæ, hinc alios videas ſcripſiſſe Uſus Pandectarum Modernos, Leges Abrogatas, Uſus Practicos, Jurisprudentias Romano Germanicas, & qui ſunt ſimiles feliciſſimorum Ingeniorum fœtus, qui omnes de Iurisprudentia noſtra, quā maximè meruerunt, rem omnem tamen eos ex aſſe penitus confeciſſe & malum omnino ſuſtuliſſe, quia nobis perſuadere poſſimus, obſtant adhuc communia Juris noſtri in Foro recepta Axiomata, quibus Doctorem de Contrario Uſu, de Legum Abrogatione & Praxi Moderna teſtantem, de ſua ſolummodo Patria exaudiendum eſſe, aſſeritur, quorum veritate ſuppoſita Medicinæ iſtæ particulares ſolummodo, non Univerſales videri poterant, hinc factum, ut de Iure Civili in Univerſalem aliquam Synopſin ubique Gentium obtinentem

tem redigendo, tot fruſtranei labores ſuſcepti, tot denique remedia fruſtra tentata, ut ita ad veram, non ſimulatam perveniremus Juris Philoſophiam, in primis autem Magno & æterna laude digniſſimo Juris Naturalis Reſtauratori Grotio, omnium maximè expedire viſum fuit, ſi ea quæ Naturalia, Æterna & Immutabilia ſunt, ab iis quæ ex Conſtituto dependent, in Corpore Juris Romani ſepararentur, adeoque Civile Jus ad altiora & ſuperiora Principia, verumque juſti & æqui fundamentum examinaretur, intra nudorum tamen Votorum terminos res hactenus conſtitit, & licet in Belgio aliqui Jus Civile ad Analogiã Juris Divini Poſitivi, Canonici & Feudalis redigere conati ſint, teſte vel unica Cypriani Regneri Cenſura Belgica, hanc tamen ſcribendi Provinciam, à Grotio ad noſtra usque tempora vacuam relictam nemo ex aſſe occupare voluit, cum tàm multa, imò infinita Obſtacula Scripturientium pruritum, communem hujus ſeculi Cacoëthen hîc retunderent, & alios Herculeus planè hic ſubeundus labor, alios vero Juriſprudentiæ Romanæ genuina notitia deficeret, primus aliquid promiſit Dn. Schilterus in ſuis Inſtitut. Juris ex principiis I. N. G. & C. tùm Romani tùm Germanici, ad Uſum Fori hodierni accommodatis, ſed quantum Grotii deſiderio ſatisfactum fuerit, legentibus facile patebit, ſecutus eum B. Hedingerus, qui aliquot pagellis Nobiliores Inſtitutionum Imperialium Materias ad Jus Naturæ pertinentes in ſuis Philoſophiæ Juris Sicilimentis aggreſſus fuit, Vir de Juriſprudentia Univerſali meritiſſimus, ſed uti ipſe fatetur, in ardua Juris Civilis ſcientia αὐτοδίδακτος, Profeſſione Philoſophus, educatione Theologus, de quo non mirum, ſi vagatus eſſet extra oleas; Omnium ita-

itaque merito Votis expetendum eſſet, ut, cùm aliàs ſanctiſſima noſtra Juriſprudentia Romana, ne teſtes de domo adduxiſſe videamur, Judicio Clariſſimorum Philoſophorum, Bœcleri *in Præfat. ad Grotianum Opus* & Budæi *in Hiſtor. Iur. Natur. præfix. Vitriar. Inſtit. Iur. Nat.* plerumque deſumpta ſit, ex optimis Naturalis Æquitatis Rationibus & Gentium Saniorum placitis, ad quæ in ferendis Legibus perſtudioſè animum attenderunt Romani LLatores, Juris Univerſalis peritiſſimus aliquis ex Superioris Subſellii JCtis, ZIEGLERUS, HERTIUS, COCCEIUS, STRYKIUS, THOMASIUS vel quis alius pari loco nominandus exſurgeret, & JUS ROMANUM ad diſciplinam Iuris Naturalis & Gentium, ſeu Iuris omnes homines obligantis adaptaret, ea vero quæ ad peculiares Romanæ Civitatis rationes faciunt & hinc inde inſperſa ſunt, ſequeſtraret, adeoque fines inter Jus Univerſale & Romanæ Civitatis proprium, Statui Civitatis noſtræ hodierno minus congruum accuratè conſtitueret, voto Illuſtris Puffendorff. *in Præfat. Operis de I. N. & G.* ſed, ut iterum alio potius, quam noſtro utamur effato, Bœcleri nempe *in Prolegom. Grot.* cum Summi Jureconſulti, prout communiter hoc nomine hodie utimur, parum hic efficere poſſint, niſi ab interiore Philoſophia omnia ſua præſidia mutuentur, hæc vero ſtudia ut conjungantur ex hodiernis moribus nulla fere ſpes ſit reliqua. Imo etſi talia Summorum Virorum ingenia in utroque Studio excellentia reperirentur, iſta vel tota Juridicinæ mancipata ſint, & res, quæ ad humaniores Literas ſpectant, cogitare amplius non poſſint, vel Ingenia prorſus ex quotidiano Cauſarum Forenſium Uſu contrita atque retorrida, mentis acumen in iſto Studiorum genere re-

mis-

miſſius, valetudinem afflictam, crebras actuariorum, tabulariorum, tabellionum, ſcribarum & aliorum Miniſtrorum publicorum, tùm & ipſorum litigantium interpellationes, quibus omnibus unus homo quandoque vix ſufficere poteſt, cum *Zieglero* JCto *ad Grot. in Præfat. ad Lector.* vel denique curtam nimis domi ſuppellectilem & ſubſidiorum inopiam experiantur, nemo hactenus inventus fuit, qui huic labori manum adhibere voluerit, expectat igitur adhucdum hæc Nobilis ſcribendi provincia hominem omnibus Naturæ & Ingenii dotibus inſtructum, quem vel propria in Elegantiſſimum Juris Univerſalis & Romani Studium propenſio, vel Auguſti cujusdam favor & Supremi faſtigii clementia ad hunc laborem poſſit impellere, & certè uti multæ aliæ res in melius emendantur à Chriſtianis Principibus, ita & hac in parte Jurisprudentiæ aliquando medelam allatam iri non omnino deſperandum eſt, poſtquam Jus Univerſale ſub finem ſuperioris Seculi Cathedras Academicas aſcendere & publica ſub Authoritate doceri cœpit. Ex quo ſatis colligere licet temporum noſtrorum felicitatem & admirandam Dei in res Academicas, imò totam Chriſtianam Rempublicam beneficentiam, quod hæc Nobiliſſima inſimul & Antiquiſſima Juris Univerſalis ſcientia, exploſis veterum Scholaſticorum quisquiliis, JCtorum denique Criticorum ex tetrica & anxia LL. Romanarum contemplatione, quænam mens hujus vel illius JCti fuerit, quomodo hæc vel iſta verba legenda ſint, quomodo denique Tribonianus & primi LL. Authores ſibi invicem conveniant, ſpinoſiſſimis diſceptationibus inquirentium poſthabitis nugis, poſtliminio quaſi reſtituta ſit, & ſic politiori habitu nunc incedat cum Morali Philo-

ſo-

ſophia Romana Jurisprudentia, cultior adhuc preditura, ſi ipſius Antiſtites priſtino nitori ipſam reſtituere & veram non ſimulatam Philoſophiam cum JCto Ulpiano *in Leg. 1. ff. de Juſtit & jur.* affectare perrexerint, cui fini feliciter obtinendo, cum non ſolum Superiorum Subſelliorum Doctores, ſed & omnes omnino, etiam inferioris conditionis JCti ſtudere debeant, nos ſatis excuſatos ſperamus, ſi, dum à Sereniſſimo Academiæ noſtræ Nutritio clementiſsimè nobis jam ante Triennium collatum Munus Profeſſorium, augeſcente ſe indies Principali Munificentiâ, pro viribus exornare, Juriſque Univerſalis prudentiam, cui, & amœniſſimæ atque elegantiſſimæ hujus doctrinæ amore capti, & Juſſu iſtorum, quorum mandata venerari par eſt, addicti ſumus, noſtraque ſtudia, quamdiu Supremum Numen & Sereniſſimus Princeps voluerint, unicè conſecravimus, omni niſu & diligentia cum Romana conferre, ex eaque hanc dilucidare & demonſtrare conamur; Opus iſtud hactenus prætermiſſum aggredi, & ANALOGIAM JURIS UNIVERSALIS cum JURE ROMANO PARTICULARI, tentare nobiſcum conſtituimus, probe quidem conſcii, quod materiam, à tot tantiſque Doctoribus hactenus fere intactam relictam ſuſcipere velle, res ſi non temeritatis, ad minimum inſignis difficultatis ſit pleniſſima, interim tamen ſperantes, cum nihil tam altè natura conſtituerit, quo Virtus & Labor non poſſint eniti, inque magnis etiam voluiſſe ſolùm, ſatis ſit, Doctos Viros propoſitum noſtrum æqui bonique non ſolum laturos, ſed & quod

quod enixiſſimè exoramus, Conſiliis ſuis negotium hocce facilitaturos, quem in finem, cum á Domino Reſpondente Theſes quædam ex Jurisprudentia Univerſali potiſſimum deſumptæ, ex quæ ſatis doctæ nobis ad diſputandum oblatæ eſſent, eas huc referre, & Speciminis loco hic Analogiam Juris Univerſalis cum Jure Romano Particulari quoad Jus Perſonarum in Statu Libertatis, ſiſtere voluimus, totum Inſtitutionum Imperialium Compendium hac Methodo, ſi DEUS vitam & vires conceſſerit, enucleaturi, & prout in publicis lectionibus jamjam cepimus ex Grotianis Principiis Analogiam Juris Univerſalis cum Jure Romano demonſtraturi, non ea quidem intentione, ut, quod ſatis ſuperflue à quodam præſtitum, aliquem Uſum Juris Naturæ & Gentium in Iure Romano eſſe probemus, ſed potiùs ut ex ipſa noſtra Romana Iurisprudentia, principia Iuris Univerſalis ſecundum diſciplinam Romanorum, conſtituamus, quod ut feliciter cedat, Deum venerabundi oramus ſuppliciter.

CAPUT PRIMUM.

exhibens

Præcognita quædam Generalia, occaſione Titulorum de Iuſtit. & Iure, item de Iure Nat. Gent. & Civil.

I.

Antequam autem ad ipſam tractationẽ progrediamur, juxta monitũ ICti Caji *in L. 1. ff. de Orig. Iur.* cum nihil Perfectum ſit, quam quod omnibus ſuis partibus conſtat,

ne illotis prorſus ad ipſam materiam deproperemus manibus, ſed præmiſſis quæ neceſſario præmittenda erant, Lectorem ad libentiorem lectionem & evidentiorem intellectum præparemus, quæ occaſione Rubricæ notanda erant, prætermittere noluimus, brevibus monentes, quod, dum Titulum noſtræ Diſquiſitioni præfigimus, Analogiam Iurisprudentiæ Univerſalis & Romanæ Particularis, quoad Statum Libertatis, eo ipſo indigitemus, nos hac Tractatione demonſtraturos, quæ ex Iure Univerſali, circa primum hoc Iuris noſtri objectum, in Jurisprudentiam noſtram Romanam tranſlata, quæ deniq; ex Conſtituto & Romanis moribus adjecta fuerint, id enim denotat vocabulum Analogiæ, ſeu proportionis & ſimilitudinis vel comparationis, teſtibus Lexicographis. Stephani, Calepino & aliis. Quantum vero deinde attinet reliqua Vocabula, ſub Iure Romano, intelligimus iſtud, quod ab Imperatore Iuſtiniano latum, confirmatum & in Germania receptum eſt, ita quidem, ut, cum Inſtituti noſtri ratio brevitatem commendet, juxta ordinem aurei Inſtitutionum Iuſtinianearum libelli, qui ſane omnia LL. præcepta generaliora complectitur, progreſſuri ſimus, ſingulis earum titulis adaptando, quæ Iuris ſunt Univerſalis & poriſſimum traduntur ab incomparabili Grotio atque Puffendorfio, tanquam Iurisprudentiæ Univerſalis Anteſignanis Doctoribus. Per Iurisprudentiam Univerſalem autem hic loci non ſolum intelligimus eam, quæ proprie loquendo in LL. maximam partem perpetuis occupata, omnibus Gentibus ac Civitatibus, ſemper & ubique communis eſt, & ſub Naturalis ac Gentium Juris nomine tractari ſolet, definitore D. Kulpiſio *in Colleg. Grot. Exercit.* 1. *th.* 1. ſed & eam, quæ ab ipſo

ipſo Supremo LLatore, Divino Numine in verbo ſuo nobis revelata fuit, & ſub nomine Legis Moralis ac Poſitivæ comprehenditur, ſicuti enim de priore ſpecie plane ſecuri ſumus, eam, excepto de Sanctificatione Sabbathi, Tertio Decalogi Præcepto, nil niſi Legis Naturalis repetitionem expreſſam conſtituere, ita ut poſteriorem etiam huc referamus, non una cauſa in promptu eſt, licet enim lubentes fateamur, quam plurimas eas, quas vulgò Forenſes & Ceremoniales noſtri appellitare ſolent, extincta Republica Judaica & adventu Chriſti ab uſu & authoritate obligandi receſſiſſe, juxta Dn. Thomaſ. *in Inſt. Iuriſpr. Div. L.* 1. *c.* 2. *§.* 131. neque putemus Legem Divinam Forenſem, normam præſcribere Principibus, ſecundum quam & ipſi Leges in Rebuspublicis ſuis adeo abſolutè & præciſè formare debeant, ut, ſi contra vel præter illas aliquid, præprimis in Criminalibus, v. gr. pœna ſuſpendii, furibus dictari ſolita, diſponant, graviter peccent, hoc tamen firmiter perſuaſi ſumus, quod ad Iuſtitiam & Univerſalitatem, ſi non abſolutam, temen ad minimum hypotheticam, unius vel alterius Legis demonſtrandam, & Iure Divino Poſitivo in argumentum uti queamus, etiamſi enim concedamus, id maximam partem, exceptis paucis Univerſalitatem aliquam habentibus, ſolis Hebræis latum fuiſſe, tamen nemo inficiasibit, cum DEUS propter Majeſtatem & Sanctitatem ſuam aliter non potuerit, quam Leges Iuri Naturali convenientes ferre, ea quæ in i[illegible] Divino Poſitivo Iure præcepta ſunt, Iuri Naturæ non eſſe contraria, adeoque Principes aliosque Magiſtratus Chriſtianos ſuæ Conſcientiæ quam maxime conſulere, ſi, cum in rectè factis ne quidem hominem, multo minus ergo DEUM, imitatum fuiſſe, pudere debeat,

ſuas Leges Divinis Poſitivis attemperent, juxta Grot. *de I. B. & P. L.*1, *c.*1. *§.* 16. ibique Teſmar. & Gronov. qua ratione moti, in ſubſequentibus & ea quæ Juris Divini Poſitivi etiam Particularis ſunt, aliquando intermixturi & pro confirmanda noſtra ſententia allaturi ſumus.

§. II. Hiſce præmiſſis ipſam nunc tractationem quod Deus felix fauſtumque eſſe jubeat, aggredimur, & quidem cum in ſuperioribus jamjam promiſerimus, nos juxta ordinem Inſtitutionum Iuſtinianearum progreſſuros, primo loco quidem nobis tractandi eſſent Tituli de Iuſtitia & Iure, Iure deniq; Naturali, Gentium atq; Civili, cum tamen iſti ſolummodo generalia Iuris Præcognita nobis ob oculos ponant, maximamque partem in Philoſophia Morali, quippe cui potiſſimum de Iuſtitia tractare convenit, elucidentur, nobis hic præmonuiſſe ſufficiat, Imperatorem noſtrũ ipſum, dum de Juſt. & Jur. agit, hoc tanquam ſcitu neceſſarium præſupponere, Ius noſtrum Romanum ex ipſis Iuris Naturæ atque Gentium fontibus collectum eſſe, *in §. fin. I. de Iuſt. & Iur.* & hinc Ius Civile rectè definiri ab Ulpiano *in L.* 6. *ff. de I. & I. tale Ius, quod neque in totum à Naturali vel Gentium jure recedit, nec per omnia ei ſervit, ſed quando aliquid ei additur vel detrahitur, per hoc Jus Civile effici*, quam Legem licet DD. benè multi ſiniſtre intellexerint, & variis errorum tenebris obruerint, Univerſalitati Iuris Naturalis vel Iuſtitiæ Iuris Civilis nihil detrahere, ſecus ac alii opinantur, in principio demonſtraſſe operæ erit pretium. Quanquam enim diverſæ hic reperiantur DD. ſententiæ, & præprimis inter eos B. Brunnemannus *ad d. L.* opinetur, Ius Civile Romanum, Nos ad Iuris Naturalis obſervan-

tiam

tium, propter certas cauſas, v. gr. utilitatem vel neceſſitatem publicam, aut propter concurſum alicujus alterius Juris Naturalis regulæ, non ſemper cogere & Ius Civile à Iure Naturali poſſe recedere, alii vero aliter, imo plane abſurdè, inter quos eminet Eguinarius Baro *in Comment. ad τα πρῶτα ad d. L.* eam interpretentur. Verius tamen eſt JCtum, quando *in d. l* additionis & detractionis meminit, hæc non adeo crude & nude intelligere, ſed cum grano ſalis accipienda porrigere, dum enim Imperator ipſemet fatetur *in §. 10. I. de I. N. G. & C. Naturalia Jura Divina quadam providentia conſtituta, per ſe firma eſſe & immutabilia*, eo ipſo ſpontè ſua patet, LLatores Romanos ſibi poteſtatem mutandi vel detrahendi, in Iure Naturali propriè ſic dicto, non arrogaſſe, ſed aliquando quidem aliquid ad eo melius conſervandam hujus Sanctiſſimi Iuris integritatem addidiſſe, (prout vel unico matrimonii exemplo, ubi de J. N. inſignis libertas, & excepta linea recta nulla graduum prohibitio, patet, quod ſcilicet Ius Civile non ſolùm etiam receperit prohibitiones Iuris Divini Poſitivi, ſed & ulterius alias prohibitiones, v. gr. Senatoris cum Liberta. *L. 27. & 44. princ de Ritu Nupt.* Præſidis cum Provinciali. *L. 38. & 57. ff d. t. &c.* ſuperinduxerit,) aliquando vero detraxiſſe, non quidem de eo, quod Iuris Naturalis eſt Negativi, quippe quod, uti Scholæ loquuntur, ſemper & pro ſemper obligat, & ne quidem ab ipſo DEO mutari poteſt, ſed ſolummodo de eo, quod eſt Affirmativi, licet enim de Affirmativo proprie & ſtricte ſic dicto, idem debeat eſſe Iudicium, tamen cum ſemper adeo manifeſta ejus non ſit obligatio, detrahere aliquando dicitur Lex Civilis, quando declarat aliquid Iuris Naturalis non eſſe, quod

ut clarius explicemus, inprimis cum Guilielmo Grot. *Princip. Iuris Nat. Cap.* 3. §. 9. notandum eſt, Legem Naturalem ſcripto nunquam comprehenſam fuiſſe, atque ita neque audiri neque legi poſſe, ex quo fiat, ut verba ejus non intelligantur, & nunquam hic eveniat, quod in humanis legibus crebro contingit, ut plus aut minus ſit ſcriptum quam dictum. Si igitur Naturam audire volumus, totum ejus dictamen animo concipere debemus, omnesque addere circumſtantias, & conditiones rei cohærentes, quæ in aliis Legibus, Limitationes appellantur, quibus omnibus poſitis Lex Naturalis tum primum obligare incipit, iſtis vero à Iure Civili detractis vel plane ſublatis, aliquid Iuris Naturalis eſſe deſinit, ſic dum v. gr. *nihil tam congruum eſſe fidei humanæ quam ea ſervare, quæ inter Paciſcentes placuerunt*, ex *L.* 1. *ff de Pact. vel depoſitum quandocunque deponenti placuerit, reſtituendum eſſe*, ex *L.* 12. §13. *ff. depos.* jung. Puffend. *de J. N & G. L.* 5. *c.* 4. § 7. ipſa æquitas naturalis ſeu recta ratio dictitat, Jus Naturæ inutile ſolùm & in abſtracto enuntiat, utrumque enim has debet habere conditiones, ſcil. dummodo is qui paciſcitur, plenam habeat de ſe ſuisque diſponendi facultatem, itemque is cui pactum ſit, pactaque juſta ſint, aliis Naturæ, aut DEI, aut etiam Magiſtratuum Præceptis, non repugnantia, vel cum Depoſitum deponenti reſtituendum contendimus, facilè ſubintelligimus, niſi alter ex majori Jure & fundamento deponenti præferri gaudeat, uti JCtus loquitur *in L.* 31. §. 1. *ff. dep.* hinc ſi in tali caſu, Ius Civile perſonas vel ad paciſcendum inhabiles, vel pacta injuſta pronunciet, vel denique verum Dominum, latroni deponenti, in reſtituendo depoſito præferendum eſſe dictitet, non qui-

dem

dem mutatur aliquid quod eſt Juris Naturalis, ſed declaratur nunquam id J. N. fuiſſe, quia omnes conditiones neceſſariæ non adfuerunt, adeoque ita regulis Juris Naturæ Univerſalibus aliquid detrahendo Jus quidem Civile efficit. Juri tamen Naturali vel minimè contrarium, ſed tale, uti prorſus cum Paulo Voet. *ad Inſtit. tit. de I. N. G. & C. §.* 2. audemus dicere, quod ex ipſis Juris Naturæ & Gentium viſceribus deſumptum ſit, & juxta JCtum Tryphoninum *d. L.* 31. *ff. depoſ.* tali coruſcat Juſtitia, *quæ ſuum cuique ita tribuit, ut non diſtrahatur ab alicujus perſona juſtiore petitione.* Prout hanc in rem etiam loquitur Seneca *de Benefic. Lib.* 4. *Cap.* 10. ibi: *Depoſitum reddere per ſe res expetenda eſt, non tamen ſemper reddam, nec quolibet loco, nec quolibet tempore, aliquando nihil intereſt, utrum inficier, an palàm reddam.* & notatu digniſſima ſunt verba Franciſci Duareni *ad Tit: de Pact. ejusque L.* 1. ubi ita: Ex quibus perſpici poteſt hanc æquitatem civilem, naturalis illius æquitatis, quæ generalior eſt, ſpecialem quandam explicationem eſſe, unde Ulpianus *in L. Ius Civile. ſupra de Inſt. & Iur.* rectè Ius Civile à Jure Naturæ vel Gentium non recedere, ait, æmulatur enim Jus Naturæ ac velut Nautæ ad Cynoſuram reſpiciunt, ad eamque ſuum dirigunt curſum, ita Civilis omnis ConſtitutioNaturam ducem ſpectat, atque inſequitur, ſed quia Juri Naturæ interpretationem addit ex his, quæ non Naturæ ſolo inſtinctu, ſed ingenio, prudentia, uſu, ad communem humani generis utilitatem pertinere deprehenſa ſunt, ideo non per omnia ſervire ei dicitur, ut ſapienter hinc atque verè ab Horatio dictum ſit. *Naturam ſolam juſtum ab injuſto ſecernere non poſſe*; Sic cum à Natura magiſtra primum didicerint homines, fidei obſervatio

vationem tùm per ſe honeſtam, rem omnium maximè neceſſariam, qui tamen in Republica verſati ſunt homines prudentes & uſu periti, facilè judicarunt, ſi quam quisque fidem dederit, eam paſſim & ſine ullo delectu præſtare cogatur, id maximo ejusdem ſocietatis humano incommodo ceſſurum, infinitis enim pactionibus ac promiſſionibus mutuis abundat vita, ad quas obſervandas ſi Jure Publico homines adigerentur, ut ſunt mores, nullus eſſet litium ac Controverſiarum modus. Minuendorum igitur litium cauſa, quæ Societatem eam magnopere turbant, Juri Naturæ commodam interpretationem quærere neceſſarium fuit, itaque electæ ſunt certæ conventiones, quaſi ad vitam præ cæteris neceſſariæ, quas lex ſervari juberet, ac renitentem actione data compelleret, L. *Iuriſgentium. in princ. de Pact.* reliquæ Iuris Civilis auxilio deſtitutæ remanſerunt, neque ulla earum nomine prodita eſt Jure Civili actio, ſed ideo proſunt ad exceptionem & retentionem, quod ea res non adeo legis auxilium requirat, ſoloque Naturali ſeu Gentium Jure contenta ſit, huc accedit quod ſupra dicta ratio hîc ceſſat, quoniam is qui ab alio conventus pacto ſe tuetur, ne ſolvat, non cupit contendere cum adverſario, quinimo lites & Judicium ſe fugere apertiſſimè oſtendit. Eadem utilitas ſuaſit, ut ne adverſus ingratum daretur actio, tametſi ad remunerandum naturaliter obſtrictus ſit, id enim in Legem non cadere, cum aliis plerisque rationibus, tùm hac maximè comprobat Seneca. *Quod huic uni Legi omnia* (ut ipſe ait) *fora vix ſufficerent, nullo non conquerente & ingratitudinis alium accuſante, &c.*

§. III.

§. III. Et hæc detractio omnium frequentiſſima eſt, circa ea, quæ alias dicuntur Juris Naturalis permiſſivi, licet enim tale Ius ſtricte & propriè loquendo dari negemus, cum Guilielm. Grot. *de Princip. Iur. Nat. Cap.* 2. §. 10. tamen vulgus Doctorum hanc etiam diſtinctionem, communi quodam errore introduxit, & ſi ullibi certè hâc in materia Juri Civili vim detrahendi ſolet adſcribere, prout multis hanc in rem collatis exemplis ex ipſo Jure Romano facilè licet colligere, ſic v. gr. de mari tot extant textus, iſtud Naturali Jure commune eſſe dictantes, §. 1. *Inſt. de Rer. Divis* ib. *Naturali Iure communia ſunt omnium, aer, aqua profluens, mare & per hoc littora maris*, conſentientibus Ulpiano *in L.* 13. *ff. communia prad.* ibi. *Mare, quod Natura omnibus patet.* Martiano *in L.* 2. §. 1. *& L.* 7. *ff. de Rer. Div.* Celſo. *L.* 3. §. 1. *ff. ne quid in loco publ.* ibi: *Maris communem uſum omnibus hominibus.* & tamen iſtud non ſolum qua internum, ſed & qua externum occupari & Dominio unius vel alterius ſubjici poſſe, jamdudum à Viris Doctis, præprimis Selden. *de Domin. Maris. Lib.* 1. *Cap.* 2. demonſtratum eſt, imò ipſum Jus Romanum ejus quoque littora præſcribi poſſe ſtatuit, *in L.* 3. *princ. ff. ne quid in loco publ.* ibi: *Littora in qua Populus Romanus Imperium habet, Populi Romani eſſe arbitror.* juncta *L.* 14. *pr. ff. de Acq. rer. domin.* Sic porrò *Lapillos, Gemmas & catera qua in littore maris inveniuntur,* JURE NATURALI *ſtatim inventoris fieri*, ex Florentino *in L.* 3. *ff. d. R. D.* pronunciat Imperator *in* §. 18. *Inſt. eod* & tamen Supremæ in Republica Poteſtati hæc hodie communiter vindicari, plusquam notum eſt. *Feras beſtias, volucres, piſces, & omnia animalia qua mari, cœlo & terra naſcuntur, ſimul atque ab aliquo capta*

fuerint, JURE GENTIUM *ſtatim capientis dominio ſubjici*, ait Imp. *in* §. 12. *de Rer. Div.* & hoc tamen non obſtante, Jus prohibendi alterum, hujusmodi animalia occupare, per præſcriptionem acquiri poſſe, *ex L.* 7. *ff. de divers. & tempor. præſcript* juncta *L.* 29. §. 3. *ff ad Leg. Aquil.* haud obſcurè colligitur, & à Superiori in Republica Poteſtate ſibi ſoli plerumque reſervari, quotidiana teſtatur experientia, Frantzk. *Exercit.* 4. *quæſt.* 2. §. 2. Anne igitur dicemus hæc omnia fieri contra Jus Naturale, & ei quatenus eſt immutabile aliquid detrahi, invita Juſtitia? plane non, quamvis enim ejusmodi res, quæ in nullius dominium pervenêre, in primævo ſuo Statu videantur relictæ, nec ulli attributæ, rectè tamen Principes Jus occupandi eas, ſibi ſolis ad fiſcum augendum poſſunt adſcribere, cum nihil prohibeat, quo minus res, quæ communi occupationi relictæ, Poteſtati Civili, propter communem utilitatem, ob quam Fiſcus habetur, cedant. Quod benè confirmat Magnus Grotius dicens, quod Jure Romano legimus, Jure Naturæ aut Gentium liberum eſſe animalia venari, hoc verum eſt, quamdiu Lex Civilis nulla intercedit. Cum autem Lex Civilis aliud conſtituit, eam obſervari debere Jus ipſum Naturæ dictitat, Lex enim Civilis quanquam nihil poteſt præcipere, quod Jus Naturæ prohibet, aut prohibere quod præcipit, poteſt tamen Libertatem Naturalem circumſcribere, & vetare quod naturaliter licebat, atque etiam ipſum Dominium naturaliter acquirendum vi ſua antevertere. *de Jure Bell. & Pac. L.* 2. *cap.* 2. §. 5. Et in ſpecie de Lapillorum & Gemmarum inventione. Cyprian. Regner. *in Cenſur. Belgic. ad d.* §. 18. *l. de R. D.* Quin quod hoc Jus Gentium à

for-

fortiori ratione mutari poſſit, nullus ambigo; Quid enim ſi Lapilli ſint magni pretii, quo ipſum Regnum non tantùm condecorari, ſed & ſuſtentari poſſit. Et ſane in aliis etiam hoc obſervare licet, quod v. gr. flumina navigabilia & portus Jure Naturæ & Gentium dicantur communia, & tamen potuerunt occupari, juxta Grot. *de Iure Belli & Pac. Lib.* 2. *cap.* 3. §. 7. & 8. eodemque modo Commercia J. N. & G. libera eſſe, multis probavit Grot. *de Mari Libero. cap.* 8. & tamen hoc non obſtante, iſtis quandoque modum poni, imò certo hominum generi, vel certæ alicui negotiationi aliquando planè interdici, patet vel ex unica *L.* 4. *C. de Commerc. & tot. tit. C. quæ res export. non debent.* quæ omnia Libertati Naturali quidem detrahunt, Jus tamen Naturæ non mutant, prout pluribus hanc in rē diſſerunt Molina *Tract.* 2. *de Juſt. & Iur. Diſp.* 43. Covarruv. *in Reg. Peccatum. part.* 2. §. 8. Vasquez. *Opuſcul. Moral. de Reſtitut. cap.* 5. *Dub.* 2. *num.* 5. Joh. de Dicaſtillo *de Iuſtit. & Jur. L.* 2. *Tract.* 2. *Diſput.* 9. *Dub.* 30. *num.* 192. & *ſeqq.*

§. IV. Quæ omnia cum ita ſeſe habeant, facile nunc patet, qua Methodo in indaganda Juris Univerſalis cum Particulari Romano Analogia progrediendum ſit, ita ſcilicet ut ſedula inveſtigatione opus ſit, utrum LLatores Romani in ſuis præceptis & civilibus juſſionibus, in totum Juris Univerſalis diſpoſitioni acquieverint, an ulterius aliquid addiderint, numne quid detraxerint, ex hoc enim nullo labore ſeparari poterunt, eaquæ univerſaliter obligant, quæ denique Civitati Romanæ ſunt propria, cujus utriusque multa & inſignia in omni Juris Objecto reperiuntur veſtigia, ut meritò quis dicere poſſit, non ſolum Jus Romanum, ſed

ſa conſtituras & deinde Actiones, quæ ſunt tùm hominum, tùm etiam rerum gratia. Paul. Voet. *ad Inſt. de I. N G & C. §. fin*, quibus præſuppoſitis nec unum nec alterum objectorum antea argumentorum aliquid movet obſtaculi. Quantum enim ad primum, facile quidem concedimus, Jus Naturæ & circa iſta Officia verſari, quæ hominis Actiones formant in Ordine ad DEUM & Rempublicam, ita ſcilicet ut à DEO tanquam Naturæ Opifice & Juris Naturalis Conditore mentibus humanis inſerantur tales notitiæ, quibus ipſe ut Author Naturæ agnoſci poſſit, eaque præcepta quæ tali Legislatore digna ſunt, ut denique homini inculcentur iſta præcepta, quæ ad Statum totius humani generis & per conſequentiam omnium Gentium ſpectant. W. Grot. *cap. 2. §. 13. & 14.* interim tamen negari non poteſt, quod & Jus Romanum hac de re agat, & hoc ſenſu rectè à JCto Ulpiano *in Leg. 10. §. 2. ff. de Juſt. & Iur.* dicatur *Divinarum & humanarum rerum notitia*, imò quod & ipſum J. N. & G. quam maxime occupatum ſit circa Negotia Privata, & tria iſta generalia Juris præcepta de nemine lædendo, honeſtè vivendo & ſuo cuique tribuendo, ab Imp. *in §. 3. Inſt. & L. 10. ff. de Iuſt & Iur.* tradita, potiſſimum ad Vitam Civilem ſeu Privatam pertineant, adeoq; quantum ad hæc, Jurisprudentia Univerſalis, eâdem quâ Particularis in Inſtitutionibus Juſtinianeis pertractari poſſit Methodo, idque porrò etiam non obſtante ſecunda ratione, quippe in quam optimè quadrat effatum Vinnii *L. ſupra cit.* ita dicentis. Vix Interpretem inveneris, quin hic in veſtibulo quæſiturus ſit, ex quo Jure Actiones proficiſcantur, ex Jure ne Gentium, (addo & Naturali) an ex Jure Civili, id eſt, utrum cauſa Actionum remota

Jus Gentium ſit, an Jus Civile, quæſtio minime obſcura, ſed nimirum nihil tam clarum atque perſpicuum eſt, quod ſemper & ab omnibus videatur. Certum eſt Legés, Magiſtratus, eorumque Imperia Juris Gentium eſſe, quippe ſine quibus nulla unquam Gens aut vixit aut vivere potuit, adeoque ipſa Naturalis Ratio omnes docet, ſine publica authoritate nullam hominum Societatem ſubſiſtere poſſe, hujus autem publicæ authoritatis bona pars eſt in perſecutionibus Judicialibus, qua Civilibus, qua Criminalibus. Adhæc inter omnes conſtat, dominia rerum atque obligationes quæ cauſæ ſunt Actionum, proximè Originem ex Jure Gentium trahere, trahunt ergò & Actiones ſive Judicia, id eſt ea remedia & rationes, quibus quod vel domini noſtri ſit, ſi id ſponte is qui poſſidet non reſtituat, vel quod in Obligationem à nobis deductum, ſi id debitor non præſtet, obtinere liceat. Nam certè fruſtrá ſis, ſi id Voluntati permittatur & arbitrio poſſeſſoris aut debitoris, aut quod reſtat, rixis, tumultibus, cædibus, porta patefiet, civis in civem armabitur, cum internecione Civitatis, ſi domino aut Creditori liceteveliimus, rem ſuam aut ſibi debitam, per vim occupare, propriaque auferre authoritate. Non puto autem quenquam eſſe, qui Juri Gentium adſcripturus ſit ea, quibus conceſſis neceſſe ſit hominum ſocietatem everti. Præclare Theodoricus Rex apud Caſſiodorum, *Lib.* 4. *Variar. Epiſtol.* 10. *Fœdum eſt*, inquit, *Jura publica privatis odiis licentiam dare, nec ad arbitrium proprium judicandus inconſultus fervor animorum*, & ſtatim: *hinc eſt, quod Legum reperta eſt Sacra reverentia, ut nihil manu, nihil proprio agetetur impulſu, quid enim à bellica confuſione vita*

tran-

tranquilla diſtabit , ſi per vim litigia terminentur. fac. *L.* 176. *ff. de R. I. L.* 13. *ff. quod metus cauſa.* Hæc etſi veriſſima ſunt & clariſſima, non paucis tamen iisque etiam, quorum multis aliis in rebus perſpicientia ac ſolertia commendatur, hic cœcutire contingit, ut temere atque inconſiderate contendant, Actiones omnes & forma & origine eſſe Iuris Civilis &c. Et res aliàs certa & clara eſt, quod licet Formulæ Actionum, & ſi quæ ſunt alia particularia Juris Romani inventa, Juri Univerſali ſint incognitæ, rem tamen ipſam, ſcilicet Actiones in abſtracto tanquam implorationes vel petitiones conſideratas, ex eo originem trahere, nemo ſanus forſitan ibit inficias, prout in ſpecie, præter apprehenſionem ejus quod nobis ſine cauſa ablatum eſt, & retentionem ejus quod nos debemus, donec de pretio convento ſatisfiat, à Wilh. Grotio *de Princip. Jur. Natur. cap.* 2. *§.* 9. adductas multarum Actionum ex ſola Naturali Æquitate, deficiente etiam Juris Civilis diſpoſitione, Catalogum contexuit, Illuſtris Præceptor noſter Stryk *de Inveſt. Act. Sect* 1. *Memb.* 2. Idemque judicium etiam de publicis ita dictis Judiciis ferendum eſt, quanquam enim & hic, in ſpecto præſertim Naturali Jure, iſtud emergat dubium, quod Naturæ Lex Homines contra eam peccantes, pœnæ quidem obnoxios pronunciet, ſed præter laniatus conſcientiæ nullum genus pœnæ definiat, ſed earum definitionem DEO permittat, aut etiam Magiſtratui executionem ex Jure Gentium vel Civili faciendam deleget, atque ita nullæ pœnæ extrinſecæ proprié loquendo ſint naturales, juxta communem DD. Scholam, tamen & huic dubio facilè occurri poteſt ex eo, quod ſufficiat, Jus Naturæ velle neminem facino-

ro-

roſum manere impunitum, ſed prout aliquis vel magis vel minus ſecuritatem & tranquillitatem humanæ Societatis læſit, aliquando mitiorem, aliquando acerbiorem pœnam exigere, vel ad expiandum delictum, vel ad corrigendum facinoroſum, vel deniq; ad conſulendum ſecuritati publicæ, hinc licet iſto Jure pœnæ deinde in ſpecie non determinentur, earum tamen qualitas & quantitas vel ex Jure Divino Univerſali, prout eſt pœna homicidii, vel Poſitivo Particulari, vel denique LL. cujusque Reipublicæ bene addiſci, & earum Juſtitia ex generalibus Juris Naturalis principiis deduci poterit, ut ita hac ipſa ab Imperatore noſtro propoſita Methodo, in tradenda Univerſali eaque Privata Jurisprudentia, quin feliciter progreſſuri ſimus, nobis nullum ulterius remaneat dubium. Sit itaque

CAPUT SECUNDUM

DE JURE PERSONARUM

EARUMQUE DIVISIONE QUOAD STATUM LIBERTATIS.

continens

Tit. Inſtit. de Jure Perſonarum, & Tit. de his qui ſui vel alieni juris ſunt.

I.

CUm itaque *hominum cauſa omne Jus conſtitutum* ſit, juxta Hermogen, *in L, 2. ff. de Stat, Hom. ipſaque*

que quibuscunque rebus ſint digniores, *ut ordine dignitatis primum mereantur locum.* *L* 44 *ff. de Æ. dilit. Edict.* imò *eorum causâ Natura omnia compa. raverit*, ſecundum doctrinam JCtorum *in* §. 37. *l. de Rer Div.* à Philoſophis Stoicis hauſtam, teſte Lucretio *de Stoicis. Lib.* 2. ibi: *Hominum cauſa omnia conſtituiße Deos, Stoici credunt.* Lactant. *L.* 7. ibi: *Hominum cauſa mundum & omnia qua in eo ſunt, facta eſſe loquuntur Stoici*, meritò à Tractatione Juris Perſonarum exordium capit Jurisprudentia, ita ut occaſione Tit. *de Jure Perſonarum* & ſequentium, nobis ſiſtat varias hominum conditiones & ſpecies, ſecundum diverſos eorum Status, prout conſiderantur vel tanquam membra Societatis Univerſalis, vel Generalis, vel Specialis, ita, ut ratione prioris omnes homines ſint vel Liberi vel Servi. *princip. I. de Jure Perſon.* ratione ſecundæ vel Cives vel Peregrini. *§. fin. I. de Libertin. junct. L.* 16. *§.* 6. *ff. de in Jus voc. L.* 17. *ff. de pæn.* ratione tertiæ, vel Patres vel Filiifamiliarum, vel Domini vel Servi, vel Maritus vel Uxor, vel denique ſub Tutela vel Cura, vel Jure neutro, quæ diviſiones omnes, licet à Jure Romano introductæ, à Principiis tamen Juris Univerſalis adeò non abhorrent, quin potius apertiſſimum in iſto fundamentum habeant, prout ex ſequentibus magis patebit.

§. II. Quantum ergò ad Primum Perſonarum Statum, qui à DD. vocatur Libertatis, attinet, homines rectè Imperator dividit, *in Princip. Inſt. de Jur. Perſon.* in Liberos & Servos, & hanc ſummam perſonarum diviſionem merito appellat, cum omnes homines de quibus in Jure agitur, complectatur; & ſua generalitate omnes ſubſequentes diviſiones, tanquam ſubdiviſiones contineat; & licet Imp. *in Tit. Inſt. Qui ſui vel al.*

Iuris ſunt. aliam adhuc omnium hominum diviſionem exhibeat, ea tamen huic bene poterit ſubjungi, ut ita hæc, omnium perſonarum ſumma & gneraliſſima diviſio remaneat. Natura enim ipſa hominem ſecundum primum naſcendi ſortem in Libertate edi voluit, cui deinde Jus Gentium Servitutem ſuperinduxit, adeoque primam hominum diviſionem ſupra memoratam rectè conſtituit, hinc eſt, quod licet Ulpianus *in L. 32. ff. de R. I. quantum Ius Naturæ attinet, omnes homines aquales, pronunciet.* & Imp. *in Pr. I. de Libertin. Jure Naturali omnes homines liberos naſci aſſerat*, Libertatem denique Naturalem facultatem ejus, quod cuique facere libet, niſi ſi quid vi aut Jure prohibetur, Servitutem vero Conſtitutionem Juris Gentium, qua quis dominio alieno contra Naturã, (imò contra Jus Naturæ juxta *L. 2. l. d. l. N. G. & C.*) ſubjicitur. *in §. 1. & 2. I. de Jure Perſ.* definiat, tamen Servitus neque J.N. Divino vel Gentium re ipſa contrarietur, ſed hæc Perſonarum qualitas ubique ſuum fundamentum habeat. Jure Naturæ enim quando Libertas certis hominibus vel populis competere dicitur, hoc intelligendum eſt, de Jure Naturæ præcedente omne factum humanum, & de Libertate *κατὰ στέρησιν*, ſive per privationem, ſic ut ei abſit Servitus, non de ea, quæ eſt *κατ' ἐναντιότητα*, h. e. per contrarium, quaſi Servitus ei ſupervenire nunquam poſſet, vel ut natura quis ſervus non ſit, non ut Jus habeat, ne unquam ſerviat, nam hoc ſenſu nemo Liber eſt, juxta illud Alburii apud Senecam. *Neminem natum Liberum eſſe, neminem ſervum, hæc poſtea nomina ſingulis impoſuiſſe fortunam*, & Ariſtotelis illud. *E Lege veniſſe, ut alius eſſet liber, alius ſervus.* Quare qui legitima cauſa in Servitutem pervenerunt, omnino conditione ſua contenti eſſe debeant, ut & Paulus Apoſtolus *in Epiſt. 1.*

ad Cor. VII. v. 21. docet.ibi: Biſtu ein Knecht beruffen/ ſorge dir nicht. Hugo Grot. *de Jure Belli & Pac. Lib.* 2. c. 22. §. 11. hinc Servi quidem Natura, id eſt citra factum humanum, aut primævo Naturæ Statu, nulli ſunt, quo ſenſu recte accipi poteſt, quod ſuprà ab Imperatore dictum eſt, contra Naturam eſſe Servitutem, uti & Auguſtinus *de Civitate Dei. Lib.* 19. *Cap.* 15. *Nomen illud culpa meruit, non natura. Nullus Natura, in qua primus DEUS hominem condidit, ſervus eſt hominis aut peccati.* Ut tamen facto hominis, id eſt pactione, aut delicto, Servitus originem acciperet, Juſtitiæ Naturali non repugnat, verba ſunt iterum Grotii *de I. B. & P. Lib.* 3. *cap.* 7. §. 1. Quod & dicendum de Jure Divino Poſitivo, ubi toties quoties ſervorum eisque incumbentis obligationis, juxta infra deducenda ſit mentio, ne quid amplius dicamus de Jure Gentium, quippe quo, hæc Perſonarum diviſio juxta *d.* §. 2. *Inſt. de I. N. G. & C.* nec non §. 2. *I de Jure Perſon.* expreſſiſſime fundata eſt.

§ III. Ad rem ipſam igitur progrediendo primo loco nobis ſeſe ſiſtit conſideranda Libertas, quam Imperator in §. 1. *Inſt. de Jure Perſ.* recte definit, *quod ſit naturalis facultas ejus; quod cuique facere libet, niſi ſi quid vi aut jure prohibeatur.* Etenim hæc ipſa Libertas (uti vocatur alias perſonalis, ſeu ingenuorum & manumiſſorum, oppoſita Libertati Civili, ſeu Politicæ, de qua hic non eſt Quæſtio, vid. Grot. *de I. B. & P. Lib.* 1. *cap.* 3. §. 12.) homini adeo naturalis eſt, ut recte de hac re dixerit Cicero. *Lib.* 1. *Off.* 4. *Huic veri videndi cupiditati adjuncta eſt appetitio quædam Principatus, ut nemini parere animus benè à Natura informatus velit, niſi præcipienti aut docenti.* & JCtus Gajus *in L.* 106. *ff. de R. J. Libertatem rem inæſtimabilem*, ſeu ut JCtus Paulus *in L.* 176. §. 1

eod. ait. *infinitæ æſtimationis*, non ſine cauſa appellaverit, ejus enim favore in Jure noſtro ſæpiſſime à communibus alias regulis receditur, juxta JCtum *in L.* 24. *§.* 10. *ff. de Fideicom. Libert.* & Imp. *in* §. 4. *I. de Donat.* ejusque cauſa inter pias connumeratur. *L.* 1. §. 6. *C. de Commun. ſerv. manum.* ut adeò aliquis facultatem moralem habeat, facere quod ipſi libet, teſte Cicerone *in Paradoxis.* hinc JCtus *in L.* 2. *ff. ſi quis à parente manumiſſ.* iniquum pronunciat, *Liberis hominibus non eſſe rerum ſuarum alienationem*, vel uti alias Imp. *in L.* 21. *C. Mand. aliquem non eſſe, pleniſſimum rerum ſuarum moderatorem & arbitrum*, hæc enim omnia Libero homini Natura competunt, niſi vel vi vel Jure prohibeatur, tunc enim ſi quis Vi juſta v. g. Bello vel Captivitate impediatur, Libertas plane tollitur, ſi vero injuſta, ad minimum facultas agendi reſtringitur, prout & fit in impedimento Juris, non enim temerè & cœco quodam impetu homines Libertate uti: ſed cum ratione & deliberatione, juxta Puffendorff. *de I. N. & G. Lib.* 2. *cap.* 1. §. 2. agere & obedientiam Legibus ultro præſtare debent, quia ea non pugnat cum Libertate, ſed eam tuetur, ac idcircò ut divinè dixit Cicero *in Cluentiana. Omnes Legum ſervi ſimus, ut Liberi eſſe poſſimus*, homo enim quamprimum in Civitatem ſe contulit, illius Libertatis quam à Natura habuit, bonam partem ſpontè ſua renunciavit & ſe ad multa facienda obligavit, quæ poſitus extra Civitatem minimè feciſſet, hoc tamen ipſo Libertatem non amiſit, ſed potiùs unà cum ſalute totius in qua vivit, Reipublicæ, conſervat, & nihilominus inſignes Libertatis Effectus adhuc retinet, quibus Servo contradiſtinguitur, quippe qui poteſtati alienæ, contra naturam, hoc eſt contra primævam omnium hominum naſcendi conditio-

ditionem, ſubjicitur, & per conſequens, licet, quod ad Jus Naturæ attinet, omnes homines æquales ſint, præ reliquis hominibus longè deteriori conditione afficitur, ſecundum Ulpianum *in L. 32. ff. de R. I.* quod cum contraria juxta ſe poſita magis eluceſcant, nunc ex ſequentibus, quæ de Servitute trademus, plenius viſuri ſumus.

§. IV. Quantum itaque Servitutem attinet, Imperator noſter eam *in d. §. 2. I. de jur. Perſon.* non ſine ratione definit. Conſtitutionem Juris Gentium quo quis dominio alieno contra naturam ſubjicitur, cum ex eo Servitus ingenuitatem invaſerit, poſtquam eo Jure Bella introducta, Captivitates denique ſecutæ fuerunt. *juxta L. 4. & 5. ff. de Juſt. & Jur. Pr. Inſt. de J.N.G.& C.* quæ J.N. ſeu potius naturali hominum naſcendi conditioni ſunt contrariæ, ex quibus pateſcit, quod Cauſam Servitutis Efficientem Remotam conſtituat, non Jus Naturæ, quippe quo Servitutes incognitæ, ſed Gentium, licet enim Ariſtoteles Naturâ dari ſervos ſtatuerit, adeoque Jus Naturæ C. E. Servitutis conſtituere dicendum videatur, de ſerviendi tamen aptitudine & ſervili ingenio, non vero de eo, quod Jus Naturæ ſancit, vel Natura communis rerum mater atque magiſtra diſponit, Philoſophum loqui dudum alii monuerunt. vid. Heinſius *in integra Orat. de Servo Naturali.* & ex noſtris Quintilianus *Inſtit. Orat. Lib. 5. Cap. 8.* atque Manlius apud Livium *Lib. 6. Cap. 18. Servum eodem modo & ex eodem ſemine naſci ac Liberum, & inter hoſce J. N. nullam differentiam eſſe,* animadverterunt, quorſum ſpectat ipſius Ariſtotelis illud ſupra citatum. *E Lege veniſſe, ut alius Liber eſſet, alius ſervus,* ſeu ut Albutius apud Senecam loquitur. *Neminem natum Liberum eſſe, neminem ſervum, hac poſtea*

nomina ſingulis impoſuiſſe fortunam. ſupra cit. jam Grot. *Lib.* 2. *c.* 22. §. 11. Major res eſt cum Friderico Hornio, qui de *Civitate. Lib.* 1. *Cap.* 3. Servitutem nec Jure Gentium, ſed Conſuetudine ſolummodo aliqua Gentium quarundam introductam aſſerit, cum quæ hoc Jure conſtituuntur, non niſi abrogatis Rebuſpublicis mutentur, Servitus autem ab Europæis Chriſtianis ſine ullius gentis læſione abrogata ſit, quod ſalvo Jure Gentium non potuiſſet fieri, cum quoties Juris Gentium aliquod ſcitum intervertitur, aliam Rempublicam lædi neceſſe ſit, quia Univerſa Natura Juris Gentium in relatione & reſpectu ad alium Populum ſita ſit, Servitus vero nullo modo Statum alterius Reipublicæ reſpiciat. Quem tamen vera falſis miſcere nemo non videt, etenim verum quidem eſt, quod Natura Juris Gentium in relatione ad alium ſita ſit Populum, ſed exinde non ſequitur, captos bello ſolenni, Jure Gentium non fieri ſervos capientium, cum & ad Jura illorum quæ adverſus ſe invicem habent, & ſic ad illum relationem, de qua Hornio ſermo, pertineat, quod Gens Victrix, victos homines, bello captos ſervos facere queat; Cumque de Gentium Jure & quatenus facultatem & Jus agendi confert Populis, alioſque obligat, ne ei cui ſit iſta permiſſio impedimentum morale ponatur, & quatenus quid fieri vel non fieri debeat, præcipit, loqui liceat, inſtar Juris Naturalis, aliud eſſe præceptivum aliud conceſſivum, manifeſtò patet, quando Servitus Bello captorum ad Jus Gentium conceſſivum refertur, illam à Gente victrice exerceri intermittique, imò & apud ſuos abrogari poſſe, ut alia vicina Reſpublica exinde non lædatur, cum hoc Jure Gentium non Victor Populo victo, ſed victus poſitivè potius Victori obligetur.

no-

notante Zentgraf. *de Jure Gent. Artic.* 6. §. 6. (jung. Puffend. *de J. N. & G. Lib.* 5. *cap.* 3. §. 3. qui Hornii ſententiam paulò aliter refert & refutat.) qua reſponſione inſimul & altera objectio, quod ſcilicet multæ ſemper fuerint Gentes, apud quas nullus Servitutis Uſus fuerit, imò penes quas, ſi ſervus aliquis pedē terræ impoſuiſſet, mox libertatem recuperaverit, prout videre licet apud Grotium. *Lib.* 3. *cap.* 7. § 8. Strabonem *Lib.* 15. *p. m.* 710. Thuanum *Lib.* 11. Gudelin. *de Jure noviſſ. Lib.* 4. Groenevveg. *de LL. abrogat. ad tit. de his, qui ſui vel alieni Jur. ſunt.* facili modo tollitur, dum ſcilicet iſtæ Gentes Servitutem non receperunt, non quidem ac ſi Juſtitiæ vel Æquitati J. G. eſſet cōtraria, ſed quia ſimpliciter nolebant, vel Statuiſuæ Reipublicæ minus convenire credebant.

§. V. Quod verò Cauſam Efficientem Propinquam concernit, eam Imp. *in* §. 4. *I. h. t.* conſtituit (1) Nativitatem. (2) Captivitatem. (3) Venditionem ſui ipſius pretii participandi gratia à Majore viginti annis factam, quibus alibi additur (4) Venditio Liberorum ſanguinolentorum à Patre tempore egeſtatis facta (5) Atrocitas Sententiæ, ſeu Servitus pœnæ (6) Ingratitudo Liberti. (7) SCtum Claudianum, quando mulier libera Domino denuntiante, ſe ſervo alieno junxiſſet; & hos modos rectè Imper. vocat paſſim introductos Jure Gentium, paſſim Jure Civili, licet enim Servitus in abſtracto conſiderata, ex Jure Gentium originem habeat, modi tamen eam conſtituendi etiam Jure Civili quidam fuere inventi & ſuperadditi, ſic quoad (1) & (2) Nativitatem nempe & Captivitatem res clara eſt, eos ex Jure Gentium deſcendere, ita enim effatum JCti Marciani *in L.* 5. §. 1. ibi. *Jure Gentium ſervi noſtri ſunt, qui ab hoſtibus capiuntur, aut qui ex ancillis noſtris naſcuntur*

com-

monſtravit Puffend, *de J. N. & G. Lib. 6. cap. 2. per tot.* cum itaque ancillæ & quæcunque ex ipſis proveniunt, ad Dominos ipſarum ſpectent, proles quoque ſervilis in eorundem erit poteſtate, poſtquam enim Servitus Jure Gentium eousque extenſa fuit, ut non operæ tantùm, ſed & ipſum corpus Servi ad Dominum pertinere intelligeretur; (Add. Grotius *ad Exod. cap. 21. vers. 4.* ubi oſtendit etiam Serviles nuptias ex arbitrio Domini ſolutas) inſimul conſtitutum fuit, ut Domino ancillæ potius, quam Servi genitoris, partus ſervilis adſcribendus eſſet, non quidem ex ea ſola ratione, *quod connubia Servorum non ſatis certa cuſtodia eſſent circumſcripta*, uti ait Plautus *in Caſina.* Sed ex ea, quia corpus ancillæ ad Dominum pertinens per imprægnationem ad operas obeundas redditur aliquandiu inhabile, Servi non item. Hinc Plato *de LL. Lib. XI.* de prole ſervili ita conſtituiſſe legitur, *Serva ſi Servo, aut Libero aut Liberto conjuncta peperit, Servæ Domino natus detur.* Puffend. *de J. N. & G. Lib. 6. cap. 3. §. 9.* Jure quoque Divino ita conſtitutum erat, juxta *Exod. cap. XXI. vers. 4.* ibi. **Hat ihm aber ſein Herr ein Weib gegeben/und hat Söhne oder Töchter gezeuget/ ſo ſoll das Weib und die Kinder ſeines Herrn ſeyn.** Levit. *cap. 25. v. 44.* ibi. **wiltu aber Leibeigene Knechte und Mägde haben/ſo ſoltu ſie kauffen von den Heyden/die um euch her ſind/von den Gäſte/die frembdlingeunter euch ſind/und von ihren Nachkommen/ die ſie bey euch in eurem Lande zeugen;** & ab origine ferè mundi hoc Jus in uſu fuiſſe patet ex Genes. *cap. 14. §. 14.* ibi. **wapnet er ſeine Knechte dreyhundert und achtzehen/ in ſeinem Hauſe gebohren.** Et hæc quidem quæ hactenus diximus de natis ex captivis eò magis obtinent, ac Victores eorum matrem Jure Victoriæ impunè potuiſſent occi-

dere, quæ eo ipſo dum ſervata, & tempore geſtationis alimentis ſuſtentata fuit, facile conſenſiſſe præſumitur nō ſolū ut ipſa perpetuò ſerviret, ſed & partum ex ea edendū, cum iſte planè non naſciturus fuiſſet, ſi Victor ſua impunè occidendi licentia uti voluiſſet, eidem planè conditioni ſubjiceret, qui ea propter de aliqua Injuſtitia conqueri non poterit, quia alias naſciturus non fuiſſet, niſi ejus matri communis Dominus pepercilſet, & ita procreandi facultatem reliquiſſet, circa eos vero, qui ultrò ſe alteri in Servitutem addicunt, licet Æquitas & favor Libertatis, tunc, quando de hac re nulla Lex vel pactum diſpoſitivum extat, ſuadere videatur, ut prolis deinceps naſcituræ alimenta ſub alimentis parentum, quæ à Domino debentur, contineri intelligantur, eoque nomine proles Servituti non debeat eſſe obnoxia. prout apud Hebræos etiam, Servo voluntarie addicto, ejusque Uxori & Liberis ex ea ſuſceptis, victum, veſtitum ac domicilium præſtabat Dominus, cui tamen neque hæc, neque illi ſerviebant, juxta tradita Selden. *de l. N. & G. Lib.* 6. *cap.* 7. tamen eo in caſu ubi Servitutem à Parentibus & in Liberos tacitè tranſire, etiamſi inter Paciſcentes nihil de ea expreſsè conventum fuerit, receptum eſt, quin & tacitè Parentes, idque ſalva Juſtitia, in Servitutem conſenſiſſe præſumantur, nullum eſt dubium. Boeler. *ad Grot. Lib.* 2. *cap.* 5. §. 29. Puffend. *de l. N. & G. Lib.* 5. *cap.* 3. §. 9. *ſub fin.*

§. VI. Minus dubium occurrit circa Captivitatem, utpote cujus Juſtitia in Jure Victoriæ, contra Victos de Juræ Naturæ & Gentium competente c, lariſſimè fundata eſt, cum enim victus poſt deditionem nihil non patiendum habeat. Grot. *Lib.* 3. *cap.* 20. §. 49. & tales captivi arbitrio Victorum relicti ſint, inter homines autem

tem cognationem quandam Naturà inſtituerit, ita ut alterum alteri ſine cauſa, (præprimis armis depoſitis & nocendi facultate amiſſa. juxta Alciat. *ad L.* 239. *§.* 1. *ff. de Verb. Signif.*) inſidiari nefas ſit, teſte Florentino in *L.* 3. *ff. de Inſt. & Iur.* melius & rationi naturali congruentius viſum fuit, captivos vendere ac per hoc ſervare nec occidere. §. 3. *l. h. t.* non quod hoc facere quaſi ex pactione captores cogerentur, ſed quia hoc ſuadebant Jura non ſolum humanitatis, ſed & commoda, quæ captivos ſervantem Jure Gentium ſequebantur, quo pertinet illud Horatii. *Vendere cum poſſis captivum, occidere noli*; Cæterum enim uti ait Seneca *in Troad. Lex nulla capto parcit aut pœnam impedit.* Et Centurio Cæſareanus Scipionem alloquens apud Hirtium *de Bello African. Tibi*, inquit, *gratias ago, quod mihi vitam incolumitatemq; belli Jure capto polliceris.* ſimiliter Cæſar Heduis ſignificat, *ſuo beneficio ſervatos*, *quos Jure Belli potuiſſet occidere.* jung. Grot. *Lib.* 3. *cap.* 4. & 7. *§.* 5. ubi plura. Hinc rectè Auguſtinus *de Civitate DEI. Lib.* 19. *cap.* 15. hunc §. 3. *l. h. t.* repetit & dicit. *Origo vocabuli Servorum in Latina Lingua inde creditur ducta, quod hi qui Belli Jure poſſent occidi, à Victoribus cum ſervabantur, fiebant Servi.* Licet & à Serviendo hocce vocabulum, ſi quis derivare vellet, non omnino à vero aberraret, cum & eo ſenſu Ariſtoteles *Politicor, Lib.* 2. Servum appellet ὄργανον πρὸ ὀργάνων, quia ſcilicet deprehenſa commoditate ſuos labores per alios expediendi, cum Bella paſſim increbeſcerent, paulatim receptum, Bello captis ea conditione vitam & Libertatem corporalem relinquere, ut perpetuo captoribus ſervirent. Puffend. *de I. N. & G. Lib.* 5. *cap.* 3. *§.* 5. Et hic modus acquirendi Servos per Captivitatem expreſsè etiam legitur in Jure Divino approba-

Deuteronom. *cap.* 21 *v.* 10. *& ſeq.* ibi wann du in Streit zeuchſt wider deine Feinde / und der HErr dein GOtt gibt dir ſie in deine Hände / daß du ihre Gefangene wegführeſt. &c.

§. VII. Requiritur autem Captivitas in juſto aliquo & ſolenni Bello facta ſit, quod ſi enim in injuſto bello capti qui fuerint, nec Jure Univerſali nec Jure Romano Servituti ſubjicientur, belli etenim cauſa injuſta, vel Poteſtas belligerandi deficiens, vel bellum aliquo alio modo illegitimum, etiamſi ſolenni modo ſuſceptum fuerit, efficiunt ut injuſti ſint, Juſtitia inſpecta, omnes actus, qui exinde naſcuntur, hinc Deus ipſe negat grata ſibi eſſe jejunia eorum, qui non Jure captos detinebant, apud Eſaiam. *cap.* 58. *vers.* 5. 6. 7. ibi præprimis. Laß los / welche du mit unrecht verbunden haſt / laß ledig / welche du beſchwehreſt / gib frey welche du drängeſt / reiß weg allerley Laſt. jung. Lucas Oſiander. *ad d. L.* ibi. *quos in Servitutem redegiſti iniquè, eos liberos dimitte, & Servitutis jugum ab iis tolle*: & ipſi JCti Romani, quod ſæpe Jus captivitatis vocant, alibi injuriam appellant, & Naturali Æquitati opponunt, ſicut v. gr. hoc facit dum totam rem conficit. JCtus Paulus *in L.* 19. *Pr. ff. de Captiv. & poſtlimin. revers.* dum ita ait. *Poſtliminium eſt Ius amiſſæ rei recipiendæ ab extraneis, & in Statum priſtinum reſtituendæ, inter nos ac Liberos Populos Regesq. Moribus Legibus conſtitutum, nam quod bello amiſimus, aut etiam citra bellum, hoc ſi rurſus recipiamus, dicimur poſtliminio recipere, idque Naturali Æquitate introductum eſt, ut qui per injuriam ab extraneo detinebatur, ſic ubi in fines ſuos rediiſſet, priſtinum Ius ſuum reciperet.* jung. *L.* 24. *ubi Hoſtes* Ulpiano *appellantur, quibus bellum publicè Populus Romanus decrevit, vel ipſi Populo Romano, cæteri vero latrunculi vel prædones, à quibus capti*

non-

nonefficiuntur ſervi, ſed Liberi permanent L. 19. §. 1 eod. ſicut & in Civilibus diſſenſionibus, licet per eas ſæpe lædatur Reſpublica, qui in alterutras partes diſcedunt, hoſtium loco non ſunt, inter quos Jura captivitatum obtineant, monente ipſo Supremo Numine. II. Paralip. c. 28. v. 10. & ſeqq. ut adeò capti & poſtea manumiſſi, ſupervacuo à Principe repetant ingenuitatem, quā tamen nunquam amiſerunt. juxta Leg. 4. C. de Ingenuis cum & durante ſua detentione teſtamenta facere poſſint. teſte Martiano in L. 13. ff. qui teſtam. facere poſſ. jung. Grot. Lib. 3. cap. 10. per tot. Lib. 3. cap. 9. §. fin. etc.

§ VIII. Pergimus ad tertium modum, Venditionem ſui ipſius pretii participandi gratia à Majore viginti annis factam, de quo Imperator dicit, quod ſi talis degener & adeo vilis homo inventus fuiſſet, ut lucro pecuniaque captus. juxta L. 6. §. 5. C. de Poſtul. ſuam libertatem vendiderit, et partem pretii vere acceperit. L. 1. ff quib. ad Libertat. proclama. non. lic. gnarus conditionis ſuæ & ignoranti eam venditus. L. 7. §. 2. ff de Liber. caus. in Servitutem detrudatur, modo à iure Civili introducto. §. 4. Inſt. de Iure Perſ. quod an generaliter & indiſtinctè affirmari poſſit, valde dubitamus, etenim & hunc modum Iuri Naturali non contrarium, Iure Gentium introductum eſſe, multis exemplis patet, sic v. gr. apud Germanos, teſte Tacito de Morib. German. noviſſimo aleæ jactu de Libertate diſceptatum, & victum voluntariæ Servituti ſubjectum fuiſſe conſtat, de Græcis, idem teſtatur Dion Pruſæenſis, Orat. 15. innumeros, cum Liberi ſint, ſe in Servitutem dare, ut ex Contractus formula ſerviant. Apud Hæbreos, quod paupertatis duro telo cogente idem licuerit & in uſu fuerit, docet textus Leviticor. cap. 52. verſ. 93. apud Athenienſes idem licuiſſe, usque ad tempora Solonis, colligi poteſt argumento ejus Legis, ubi Cor-

Digitized by Google

pus pro Credito ne obligaretur, cautum fuit, teſte Plutarcho *in Solone.* de Muſcovitis & Livonis, quod communis inter eos mos ſit, ut non ſolùm Servos ut pecora, ſed etiam Filios & ſemetipſos vendant, & abducere quam longiſſime patiantur, ob victus tantummodo ſufficientiam, quamvis groſſiſſimis cibis veſcantur. tradit Ioh. Bohem. *de Gentium Ritibus. Lib.* 3. *cap.* 8. *ſub fin.* de Anglis adhuedum ſuo tempore hoc obſervantibus, teſtatur Bodin. *de Republic. Lib.* 1. *cap.* 3. ibi. *Les quels ſont recus en Angleterre & en Ecoſſe, ou les maîtres apres le terme du ſervice expirè, s'en vont devant le Juge des Lieux, emanciper leur ſerviteurs, & leur donnent puiſſance de porter bonnet, qui etoit l' ancienne marque de l' eſclave nouvellement affranchi.* & omnium nobiliſſimum exemplum Populus Ægyptiacus eſt, de quo Codex Sacer Genes. *cap.* 47. §. 18. & ſequentibus notanter ita loquitur Da das Jahr umb war/ kamen ſie zu ihm im andern Jahr/ und ſprachen zu ihm: Wir wollen unſerm Herrn nicht verbergen/ daß nicht allein das Gelt/ ſondern auch alles Vieh dahin iſt zu unſerm Herrn/ und nichts mehr übrig für unſerm Herrn/ denn nur unſer Leib und unſer Feld. Warum läſſeſtu uns für dir ſterben/ und unſer Feld? Kauffe uns und unſer Land umbs Brodt, daß wir und unſer Land Leibeigen ſeyen dem Pharao/ gib uns Saamen daß wir leben/ und nicht ſterben/ und das Feld nicht verwüſte. Alſo kaufft Joſeph dem Pharao das gantz Aegypten/ denn die Aegypter verkaufften ein jeglicher ſeinen Acker/ denn die Theurung war zu ſtarck über ſie/ und ward alſo das Land Pharao eigen. Und er theilet das Volck auß in die Stätte/ von einem Ort Aegypten biß ans ander. & porró. *v.* 21. & 26. Da ſprach Joſeph zu dem Volck: Sihe ich habe heut gekaufft euch und euer Feld dem Pharao/

rao/ ſihe da habe ihr Samen/ und beſeet das Feld / ſie ſprachen: Laß uns leben/ und Gnade für dir / unſerm Herrn finden / wir wollen gerne Pharao Leibeigen ſeyn. Ut adeo quod generali Gentium Conſuetudine licita fuerit ſui Venditio, diu ante latum Jus Romanum, nullum ſit dubium. Et certè hæc res ſi accipiatur in terminis ſuis naturalibus, nihil habet in ſe nimiæ acerbitatis, videturque originem cepiſſe ab eo, quod ab initio ſtatim cum homines à prima vivendi ſimplicitate diſcederent, vitamque operoſius excolere ac rei augendæ incumbere cepiſſent, ſolertiores & paulo locupletiores, hebetiores & tenuiores ad operas ſibi locandas invitaverint, mox cum utriq; illud commodum experirentur, paulatim hoſce adductos, ut iſtorum ſeſe familiis certis ſublegibus perpetuò adjungerent, ut hi quidem alimenta & quæ alia vitæ neceſſaria ſunt, illi autem eorundem Miniſteria circa rem domeſticam ex ipſorum præſcripto curandam ſibi ſtipularentur. Puffend. *de Jure Nat. & Gent. Lib.* 5. *cap.* 3. adeoque perpetua iſta obligatio, illa perpetua alimentorum certitudine quaſi compenſaretur, quam ſæpe non habent, qui diurnas operas locant, ut ſæpe accidat, quod dixit Eubulus. *Manere apud illos voluit, mercedis carens, victu contentus*, vel ut Comicus alibi: *Qui ſe fugitivi geſſerunt pro Liberis: Multi recurrunt priſtina ad præſepia.* Sicuti in Hiſtoriis notat Poſſidonius Stoicus, *multos olim fuiſſe, qui ſua imbecillitatis conſcii, ſponte ſe aliis in Servitutem darent, ut Domini quidem ipſis providerent de neceſſariis, ipſi vero Operas viciſſim, quas poſſent, præſtarent.* Grot. *de Jur. Bell. & Pac. Lib.* 2. *Cap.* 5. §. 27. ex eoque Vinn. *ad* §. 4. *Inſt. de Jure Perſon.* Ex quo forſitan eſt, quod dicit Lactantius *Lib. de Inſt. cap.* 6. Servitutem ex inopia originem traxiſſe, his verbis: *Ut Ser-*

vitia

vitio cæteros ſubjugarent; inprimis neceſſaria vitæ ſubducere & colligere cæperunt, eaque firmiter concluſa ſervare, ut beneficia cæleſtia facerent ſua, non propter humanitatem, quæ nulla in ipſis erat, ſed ut omnia captivitatis & avaritiæ Inſtrumenta corraderent.

§. IX. Licet autem hactenus allata abſtrahendo à Jure Romano generaliter vera ſint, hoc tamen notandum, quod apud Romanos in eo Juri Gentium quodammodo derogatum ſit, quod indiſtincta ita ſeſe venundandi Libertas eo Jure inſpecto, ad hunc unicum ſolummodo, doloſæ & alterius decipiendi gratia celebratæ Venditionis Caſum, reſtricta fuerit, cum enim Romanis perſuaſum eſſet, *Liberum hominis corpus nullam recipere æſtimationem. Leg. 13. pr. ff. ad L. Aquil.* ipſorum LLatores ſtatuerunt, *Liberum hominem regulariter non poſſe venire in commercium*, ſecund. *L. 38. §. 5. ff. de Verb. Oblig.* nec non JCtum Calliſtratum. *in L. 37. ff & Imp. in L. 10. C. de Liberal. cauſa. Conventionem privatam neque Servum alicujus, neque Libertum facere, vel hominem liberum in ſtipulationem.* juxta. *L. 1. §. 9. ff. de Oblig. & Act. L. 103 ff. de Verb. Oblig. ne quidem ſub conditione ſi Servus erit, cum Caſum adverſamque fortunam Liberi hominis ſpectare velle, neque Civile neque Naturale ſit. L. 83. §. 5. ff. de Verb. Oblig. L. 34. § 2 ff de Contrah. Empt.* deduci poſſe, ut adeò errare eos oporteat, qui generaliter ſtatuunt Jure Romano ſui ipſius venditionem indiſtinctè permiſſam fuiſſe, cum Wæchtler. *in Lection. Grotian. ad Lib. 1. cap. 3. §. 9. num 1.* dudum refutato à B. Scheinemann. *Diſput. de Commercio circa Liberum hominem. §. 14.*

§. X. Et hi ſunt modi enumerati ab Imp. *in §. 4. I. de Iur. Perſon.* quibus meritò adjungimus & alterum

ex *L.2.C. de Patrib.qui filios diſtraxer.* quando ſcilicet Pater nimia paupertate & egeſtate preſſus, victus cauſa liberos ſuos ſanguinolentos vendit & alterius Servituti addicit, quem modum adeò non Juri Naturali vel Gentium contrariari cenſemus, ut & in genere, Parentibus Jure Naturali Jus commercii in Liberos urgente neceſſitate competere aſſeramus, licet enim in Negativam hic propenſiores ſint Felden. & Bœcler. *ad Grot. Lib.2. cap.5.* §. 5. ſequentibus. à B. Scheinemann. *d. Diſp.* § 9. in compendium redactis rationibus, quod ſcilicet (1) Corpora liberorum omnem æſtimationem, propter Libertatem ipſis adhærentem reſpuant, adeoque Objectum conventionum conſtituere nequeant (2) finis Societatis Paternæ pereat, & per alienationem Liberis alimenta, educatio & quæ præterea ipſis Jure Naturæ debentur, ſubtrahantur, & ex quo peregrinæ Curæ & poteſtati ſubmittuntur, intentioni Naturæ, quæ Parentibus præcisè tenerrimum affectum, ut prolis curam ipſi agant, implantavit, directò adverſetur. (3) Vita & Libertas pari paſſu ambulent, Jus vero vitæ & necis Naturali Jure Parentibus in Liberos non competat, ergò per conſequens nec hoc concedendum ſit, cum Servitus morti æquiparetur. *L. 209. ff. d. R. J. L. 58. ff. de Condit. & Demonſt.* &c. utantur, imò Jure Attico & Romano Antiquiori talis venditio omnimodo prohibita cenſeri debeat, cum iſto per Legem Solonis. 79. *Filiam aut ſororem vendere nemini Jus fuerit.* hoc verò juxta Paulum *L. 5. Sentent. Tit. 1. §. 1. Qui contemplatione extrema neceſſitatis, aut alimentorum gratia, filios ſuos vendiderunt, Statui Ingenuitatis eorũ non præjudicaverint.* add. Edictum Theodorici. *cap. 94. & 95.* iisdem pene verbis conceptum, & Lex Wiſigothorum. *Lib. 5. tit. 4. cap. 12.* apud Bœcler. *p. 153.* tamen patrem naturaliter

Digitized by Google

& ubi Lex Civilis non impedit, filium oppignorare, & ſi neceſſe eſt, etiam vendere poſſe, communiter tradunt, Grot. *de Jure Bell. & Pac. Lib. 2. cap. 5. §. 5.* Ziegler. *ad d. L. pag. 270.* Henning. *ibid.* Dn. Thomas. *in Inſtit. Jurispr. Divin. Lib. 3. cap. 3. § 73.* potiſſimam rationem decidendi repetentes ex ipſo Imperio Paterno, non prout illud apud hanc vel illam Gentem LL. Particularibus reſtrictum aut dilatatum conſpicitur, ſed prout ex conditione Naturæ humanæ & fine Conſociationis inter Parentes & liberos conſiſtentis, certam latitudinem & terminos præfixos agnoſcit, poſtquam enim pater ad explendam obligationem adverſus Liberos, a Natura injunctam, Poteſtate inſtruendus erat, omnino præſumendum, haud anguſtiores limites Naturam huic Poteſtati conſtituere voluiſſe, quam ad hunc finem obtinendum requiri videbantur, adeoque deficientibus mediis ordinariis, quibus aliàs Parentes liberis proſpicere ſolent, illam Jus dare ad omne id ſine quod obtineri non poteſt. Notanter autem dicimus, deficientibus mediis ordinariis, hoc ipſo ſatis innuentes, non vagum prorſus hic à Natura indulgeri diſtrahendi arbitrium, ſed id intra terminos ſuos coercendum, & ad extra ordinarium, ſummumque neceſſitatis caſum, cum ſcilicet alia ratio filium alendi non ſuppetit, reſtringendum & deniq; etiam Servituti certum modum præſcribendum eſſe, ita quoque monentibus Puffendorff. *Lib. 6. cap. 2. §. 9.* Kulpis. *in Colleg. Grot. Exercitat. 4. θ. 3.* quod probe obſervavit Imperator Conſtantinus in alleg. *L. 2.* hoc venditionis Jus non in omnes indiſtincte liberos permittens, ſed expreſsè requirens, (1) ut filius ſit adhuc ſanguinolentus. (2) Nimia egeſtate paupertateq. pater prematur. (3) Venditio fiat victus gratia. (4) Ut quandocunque Patri vel cuilibet alteri talem filium

filium ſanguinolentum ad Ingenuitatem revocare libuerit, hoc dato pretio, vel ſubſtituto aliquo alio mancipio, facere liceat, ut adeo hujus Conſtitutionis inſignis Sanctitas ſit atque Juſtitia, quam & aliæ Gentes probè agnoverunt, & uti credibile eſt, ab ipſo Supremo LLatore Deo hauſerunt, ita enim apud Hæbreos hæc poteſtas oppignorandi & alienandi omnino erat permiſſa, juxta Geneſ. *cap. 42. §. 37.* ibi: Ruben antwortet ſeinem Vatter und ſprach / wann ich dir ihn nicht wiederbringe / ſo erwürge meine zween Söhne. Exod. *cap. 21. v. 7.* verkaufft jemand ſeine Tochter zur Magd. & Nehem. *cap. 5. v. 2.* ubi Populus fame oppreſſus, in hæc verba prorumpit. Unſer Söhne und Töchter ſind viel / laſt uns Getrãyd nehmen / und eſſen / daß wir leben. Sic porrò apud Phrygas idem obtinuiſſe teſtatur, Philoſtratus *in Vitâ Apolonii Thyanæi Lib. 8.* apud Thebanos, teſte Claud. Ælian. *Lib. 2. Varior. Cap. 7.* Lex ita ſe habebat. *Ne cui Thebano liceat infantem exponere, neque in ſolitudinem abjicere, capitis ſupplicio conſtituto, verum ſi extrema mendicitate pater laboret, ſive mas ſit, ſive fæmina infans, jubet Lex eum ſtatim à materno partu ad Magiſtratum, cum ipſis faſciis afferre, qui acceptum alicui tradit levi pretio, cum quo pactum intercedit, bona fide infantem alat, & adultum ſervi vel ſerva loco habeat, ſic ut pro educationis mercede, operas ejus accipiat:* quod & apud alios Græcos in uſu fuiſſe colligitur ex Ariſtophane *in Acharne.* ubi de quodam Megarenſe filiabus ſuis, an vendi an mori mallent, optionem dante, hos verſiculos recitat. Megarens. *Verum o improba puella, miſeri patris. Aſcendite ad cibum, ſi quid inveneritis alicubi, Audite ſane, convertite ad nos ventrem, utrum vendi mavultis an eſurire malè.* Ejusdem venditionis exemplum proponit Ovidius *Lib. 8. Metamorphos.*

nomina ſingulis impoſuiſſe fortunam. ſupra cit. jam Grot. *Lib.* 2. *c.* 22. §. 11. Major res eſt cum Friderico Hornio, qui de *Civitate. Lib.* 1. *Cap.* 3. Servitutem nec Jure Gentium, ſed Conſuetudine ſolummodo aliqua Gentium quarundam introductam aſſerit, cum quæ hoc Jure conſtituuntur, non niſi abrogatis Rebuſpublicis mutentur, Servitus autem ab Europæis Chriſtianis ſine ullius gentis læſione abrogata ſit, quod ſalvo Jure Gentium non potuiſſet fieri, cum quoties Juris Gentium aliquod ſcitum intervertitur, aliam Rempublicam lædi neceſſe ſit, quia Univerſa Natura Juris Gentium in relatione & reſpectu ad alium Populum ſita ſit, Servitus vero nullo modo Statum alterius Reipublicæ reſpiciat. Quem tamen vera falſis miſcere nemo non videt, etenim verum quidem eſt, quod Natura Juris Gentium in relatione ad alium ſita ſit Populum, ſed exinde non ſequitur, captos bello ſolenni, Jure Gentium non fieri ſervos capientium, cum & ad Jura illorum quæ adverſus ſe invicem habent, & ſic ad iſtam relationem, de qua Hornio ſermo, pertineat, quod Gens Victrix, victos homines, bello captos ſervos facere queat; Cumque de Gentium Jure & quatenus facultatem & Jus agendi confert Populis, alioſque obligat, ne ei cui ſit iſta permiſſio impedimentum morale ponatur, & quatenus quid fieri vel non fieri debeat, præcipit, loqui liceat, inſtar Juris Naturalis, aliud eſſe præceptivum aliud conceſſivum, manifeſtò patet, quando Servitus Bello captorum ad Jus Gentium conceſſivum refertur, illam à Gente victrice exerceri intermittique, imò & apud ſuos abrogari poſſe, ut alia vicina Reſpublica exinde non lædatur, cum hoc Jure Gentium non Victor Populo victo, ſed victus poſitivè potius Victori obligetur.

no-

notante Zentgraf. *de Jure Gent. Artic.* 6. §. 6. (jung. Puffend. *de J. N. & G. Lib.* 5. *cap.* 3. §. 3. qui Hornii ſententiam paulò aliter refert & refutat.) qua reſponſione inſimul & altera objectio, quod ſcilicet multæ ſemper fuerint Gentes, apud quas nullus Servitutis Uſus fuerit, imò penes quas, ſi ſervus aliquis pedē terræ impoſuiſſet, mox libertatem recuperaverit, prout videre licet apud Grotium. *Lib.* 3. *cap.* 7. § 8. Strabonem *Lib.* 15 *p. m.* 710. Thuanum *Lib.* 11. Gudelin. *de Jure noviſſ. Lib.* 4. Groenevveg. *de LL. abrogat. ad tit. de his, qui ſui vel alieni Jur. ſunt.* facili modo tollitur, dum ſcilicet iſtæ Gentes Servitutem non receperunt, non quidem ac ſi Juſtitiæ vel Æquitati J.G. eſſet cōtraria, ſed quia ſimpliciter nolebant, vel Statuiſſæ Reipublicæ minus convenire credebant.

§. V. Quod verò Cauſam Efficientem Propinquam concernit, eam Imp. *in* §. 4. *I. h. t.* conſtituit (1) Nativitatem. (2) Captivitatem. (3) Venditionem ſui ipſius pretii participandi gratia à Majore viginti annis factam, quibus alibi additur (4) Venditio Liberorum ſanguinolentorum à Patre tempore egeſtatis facta (5) Atrocitas Sententiæ, ſeu Servitus pœnæ (6) Ingratitudo Liberti. (7) SCtum Claudianum, quando mulier libera Domino denuntiante, ſe ſervo alieno junxiſſet; & hos modos rectè Imper. vocat paſſim introductos Jure Gentium, paſſim Jure Civili, licet enim Servitus in abſtracto conſiderata, ex Jure Gentium originem habeat, modi tamen eam conſtituendi etiam Jure Civili quidam fuere inventi & ſuperadditi, ſic quoad (1) & (2) Nativitatem nempe & Captivitatem res clara eſt, eos ex Jure Gentium deſcendere, ita enim effatum JCti Marciani *in L.* 5. §. 1. ibi. *Jure Gentium ſervi noſtri ſunt, qui ab hoſtibus capiuntur, aut qui ex ancillis noſtris naſcuntur*

com-

monſtravit Puffend, *de J. N. & G. Lib. 6. cap. 2. per tot.* cum itaque ancillæ & quæcunque ex ipſis proveniunt, ad Dominos ipſarum ſpectent, proles quoque ſervilis in eorundem erit poteſtate, poſtquam enim Servitus Jure Gentium eousque extenſa fuit, ut non operæ tantùm, ſed & ipſum corpus Servi ad Dominum pertinere intelligeretur; (Add. Grotius *ad Exod. cap. 21. verſ.* 4. ubi oſtendit etiam Serviles nuptias ex arbitrio Domini ſolutas) inſimul conſtitutum fuit, ut Domino ancillæ potius, quam Servi genitoris, partus ſervilis adſcribendus eſſet, non quidem ex ea ſola ratione, *quod connubia Servorum non ſatis certa cuſtodia eſſent circumſcripta*, uti ait Plautus *in Caſina*. Sed ex eâ, quia corpus ancillæ ad Dominum pertinens per imprægnationem ad operas obeundas redditur aliquandiu inhabile, Servi non item. Hinc Plato *de LL. Lib. XI.* de prole ſervili ita conſtituiſſe legitur, *Serva ſi Servo, aut Libero aut Liberto conjuncta peperit, Servæ Domino natus detur.* Puffend. *de J. N. & G. Lib. 6. cap.* 3. §. 9. Jure quoque Divino ita conſtitutum erat, juxta *Exod. cap. XXI. verſ.* 4. ibi. Hat ihm aber ſein Herr ein Weib gegeben / und hat Söhne oder Töchter gezeuget / ſo ſoll das Weib und die Kinder ſeines Herrn ſeyn. Levit. *cap.* 25. *v* 44. ibi. wiltu aber Leibeigene Knechte und Mägde haben / ſo ſoltu ſie kauffen von den Heyden / die um euch her ſind / von den Gäſtẽ / die frembdlinge unter euch ſind / und von ihren Nachkommen / die ſie bey euch in eurem Lande zeugen; & ab origine ferè mundi hoc Jus in uſu fuiſſe patet ex Genes. *cap.* 14. §. 14. ibi. wapnet er ſeine Knechte dreyhundert und achtzehen / in ſeinem Hauſe gebohren. Et hæc quidem quæ hactenus diximus de natis ex captivis eò magis obtinent, ac Victores eorum matrem Jure Victoriæ impunè potuiſſent occi-

Digitized by Google

dere, quæ eo ipſo dum ſervata, & tempore geſtationis alimentis ſuſtentata fuit, facile conſenſiſſe præſumitur nõ ſolũ ut ipſa perpetuò ſerviret, ſed & partum ex ea edendũ, cum iſte planè non naſciturus fuiſſet, ſi Victor ſua impunè occidendi licentia uti voluiſſet, eidem planè conditioni ſubjiceret, qui eapropter de aliqua Injuſtitia conqueri non poterit, quia alias naſciturus non fuisſet, niſi ejus matri communis Dominus pepercisſet, & ita procreandi facultatem reliquiſſet, circa eos vero, qui ultrò ſe alteri in Servitutem addicunt, licet Æquitas & favor Libertatis, tunc, quando de hac re nulla Lex vel pactum diſpoſitivum extat, ſuadere videatur, ut prolis deinceps naſcituræ alimenta ſub alimentis parentum, quæ à Domino debentur, contineri intelligantur, eoque nomine proles Servituti non debeat eſſe obnoxia. prout apud Hebræos etiam, Servo voluntarie addicto, ejusque Uxori & Liberis ex ea ſuſceptis, victum, veſtitum ac domicilium præſtabat Dominus, cui tamen neque hæc, neque illi ſerviebant. juxta tradita Selden. *de I. N. & G. Lib. 6. cap.* 7. tamen eo in caſu ubi Servitutem à Parentibus & in Liberos tacitè tranſire, etiamſi inter Paciſcentes nihil de ea expreſsè conventum fuerit, receptum eſt, quin & tacitè Parentes, idque ſalva Juſtitia, in Servitutem conſenſiſſe præſumantur, nullum eſt dubium. Boeeler. *ad Grot. Lib.* 2. *cap.* 5. §. 29. Puffend. *de I. N. & G. Lib.* 5. *cap.* 3. §. 9. *ſub fin.*

§. VI. Minus dubium occurrit circa Captivitatem, utpote cujus Juſtitia in Jure Victoriæ, contra Victos de Jure Naturæ & Gentium competente c, lariſſimè fundata eſt, cum enim victus poſt deditionem nihil non patiendum habeat. Grot. *Lib.* 3. *cap.* 20. §. 49. & tales captivi arbitrio Victorum relicti ſint, inter homines au-

tem

tem cognationem quandam Natura inſtituerit, ita ut alterum alteri ſine cauſa, (præprimis armis depoſitis & nocendi facultate amiſſa. juxta Alciat. *ad L. 239. §. 1. ff. de Verb. Signif.)* inſidiari nefas ſit, teſte Florentino in *L. 3. ff. de Juſt. & Jur.* melius & rationi naturali congruentius viſum fuit, captivos vendere ac per hoc ſervare nec occidere. *§. 3. l. h. t.* non quod hoc facere quaſi ex pactione captores cogerentur, ſed quia hoc ſuadebant Jura non ſolum humanitatis, ſed & commoda, quæ captivos ſervantem Jure Gentium ſequebantur, quo pertinet illud Horatii. *Vendere cum poſſis captivum, occidere noli*; Cæterum enim uti ait Seneca *in Troad. Lex nulla capto parcit aut pœnam impedit.* Et Centurio Cæſareanus Scipionem alloquens apud Hirtium *de Bello African. Tibi*, inquit, *gratias ago, quod mihi vitam incolumitatemq; belli Jure capto polliceris.* ſimiliter Cæſar Heduis ſignificat, *ſuo beneficio ſervatos*, *quos Jure Belli potuiſſet occidere*. jung. Grot. *Lib. 3. cap. 4. & 7. §. 5.* ubi plura. Hinc rectè Auguſtinus *de Civitate DEI. Lib. 19. cap. 15.* hunc *§. 3. l. h. t.* repetit & dicit. *Origo vocabuli Servorum in Latina Lingua inde creditur ducta, quod hi qui Belli Jure poſſent occidi, à Victoribus cum ſervabantur, fiebant Servi.* Licet & à Serviendo hocce vocabulum, ſi quis derivare vellet, non omnino à vero aberraret, cum & eo ſenſu Ariſtoteles *Politicor, Lib. 2.* Servum appellet ὄργανον πρὸ ὀργάνων, quia ſcilicet deprehenſa commoditate ſuos labores per alios expediendi, cum Bella paſſim increbeſcerent, paulatim receptum, Bello captis ea conditione vitam & Libertatem corporalem relinquere, ut perpetuo captoribus ſervirent. Puffend. *de I. N. & G. Lib. 5. cap. 3. §. 5.* Et hic modus acquirendi Servos per Captivitatem expreſsè etiam legitur in Jure Divino approba-

nonefficiuntur ſervi, ſed Liberi permanent L. 19. §. 1 *eod.* ſicut & in Civilibus diſſenſionibus, licet per eas ſæpe lædatur Reſpublica, qui in alterutras partes diſcedunt, hoſtium loco non ſunt, inter quos Jura captivitatum obtineant, monente ipſo Supremo Numine. *II. Paralip. c.* 28. *v.* 10. *& ſeqq.* ut adeò capti & poſtea manumiſsi, ſupervacuo à Principe repetant ingenuitatem, quā tamen nunquam amiſerunt. juxta *Leg.* 4. *C. de Ingenuis* cum & durante ſua detentione teſtamenta facere poſſint. teſte Martiano *in L.* 13. *ff. qui teſtam. facere poſſ.* jung. Grot. *Lib.* 3. *cap.* 10. *per tot. Lib.* 3. *cap.* 6. §. *fin. etc.*

§ VIII. Pergimus ad tertium modum, Venditionem ſui ipſius pretii participandi gratia à Majore viginti annis factam, de quo Imperator dicit, *quod ſi talis degener & adeo vilis homo inventus fuiſſet, ut lucro pecuniaque captus.* juxta *L.* 6. §. 5. *C. de Poſtul. ſuam libertatem vendiderit,* et partem pretii vere acceperit. *L.* 1. *ff quib ad Libertat. proclama. non. lic.* gnarus conditionis ſuæ & ignoranti eam venditus. *L.* 7. §. 2. *ff de Liber. caus.* in Servitutem detrudatur, modo à Iure Civili introducto. §. 4. *Inſt. de Iure Perſ.* quod an generaliter & indiſtinctè affirmati poſſit, valde dubitamus, etenim & hunc modum Iuri Naturali non contrarium, Iure Gentium introductum eſſe, multis exemplis patet, sic v. gr. apud Germanos, teſte Tacito *de Morib. German.* noviſſimo aleæ jactu de Libertate diſceptatum, & victum voluntariæ Servituti ſubjectum fuiſſe conſtat, de Græcis, idem teſtatur Dion Pruſæenſis, *Orat.* 15. *innumeros, cum Liberi ſint, ſe in Servitutem dare, ut ex Contractus formula ſerviant.* Apud Hæbreos, quod paupertatis duro telo cogente idem licuerit & in uſu fuerit, docet textus Leviticor. *cap.* 52. *vers.* 93. apud Athenienſes idem licuiſſe, usque ad tempora Solonis, colligi poteſt argumento ejus Legis, ubi Cor-

 pus

pus pro Credito ne obligaretur, cautum fuit, teſte Plutarcho *in Solone.* de Muſcovitis & Livonis, quod communis inter eos mos ſit, ut non ſolùm Servos ut pecora, ſed etiam Filios & ſemetipſos vendant, & abducere quam longiſſime patiantur, ob victus tantummodo ſufficientiam, quamvis groſſiſſimis cibis veſcantur, tradit Ioh. Bohem. *de Gentium Ritibus. Lib.* 3. *cap.* 8. *ſub fin.* de Anglis adhucdum ſuo tempore hoc obſervantibus, teſtatur Bodin. *de Republic. Lib.* 1. *cap.* 3. ibi. *Les quels ſont receus en Angleterre & en Ecoſſe, ou les maîtres apres le terme du ſervice expirè, s'en vont devant le Juge des Lieux, emanciper leur ſerviteurs, & leur donnent puiſſance de porter bonnet, qui etoit l'ancienne marque de l'eſclave nouvellement affranchi.* & omnium nobiliſſimum exemplum Populus Ægyptiacus eſt, de quo Codex Sacer Genes. *cap.* 47. §. 18. & ſequentibus notanter ita loquitur Da das Jahr umb war/ kamen ſie zu ihm im andern Jahr/ und ſprachen zu ihm: Wir wollen unſerm Herrn nicht verbergen/ daß nicht allein das Geld/ ſondern auch alles Vieh dahin iſt zu unſerm Herrn/ und nichts mehr übrig für unſerm Herrn/ denn nur unſer Leib und unſer Feld. Warum läſſeſtu uns für dir ſterben/ und unſer Feld? Kauffe uns und unſer Land umbs Brodt/ daß wir und unſer Land Leibeigen ſeyen dem Pharao/ gib uns Saamen daß wir leben/ und nicht ſterben/ und das Feld nicht verwüſte. Alſo kaufft Joſeph dem Pharao das gantz Aegypten/ denn die Aegypter verkaufften ein jeglicher ſeinen Acker/ denn die Theurung war zu ſtarck über ſie/ und ward alſo das Land Pharao eigen. Und er theilet das Volck auß in die Stätte/ von einem Ort Aegypten biß ans ander. & porrò. *v.* 21. & 26. Da ſprach Joſeph zu dem Volck: Sihe ich habe heut gekaufft euch und euer Feld dem Pharao/

rao/ſihe da habt ihr Samen/ und beſeet das Feld/ ſie ſprachen: Laß uns leben/ und Gnade für dir/ unſerm Herrn finden/ wir wollen gerne Pharao Leibeigen ſeyn. ut adeo quod generali Gentium Conſuetudine licita fuerit ſui Venditio, diu ante latum Jus Romanum; nullum ſit dubium. Et certè hæc res ſi accipiatur in terminis ſuis naturalibus, nihil habet in ſe nimiæ acerbitatis, videturque originem cepiſſe ab eo, quod ab initio ſtatim cum homines à prima vivendi ſimplicitate diſcederent, vitamque operoſius excolere ac rei augendæ incumbere cepiſſent, ſolertiores & paulo locupletiores, hebetiores & tenuiores ad operas ſibi locandas invitaverint, mox cum utriq; illud commodum experirentur, paulatim hoſce adductos, ut iſtorum ſeſe familiis certis ſublegibus perpetuò adjungerent, ut hi quidem alimenta & quæ alia vitæ neceſſaria ſunt; illi autem eorundem Miniſteria circa rem domeſticam ex ipſorum præſcripto curandam ſibi ſtipularentur. Puffend. *de Jure Nat. & Gent. Lib. 5. cap. 3.* adeoque perpetua iſta obligatio, illa perpetua alimentorum certitudine quaſi compenſaretur, quam ſæpe non habent, qui diurnas operas locant, ut ſæpe accidat, quod dixit Eubulus. *Manere apud illos voluis, mercedis carens, victu contentus.* vel ut Comicus alibi: *Qui ſe fugitivi geſſerunt pro Liberis: Multi recurrunt priſtina ad præſepia.* Sicuti in Hiſtoriis notat Poſſidonius Stoicus, *multos olim fuiſſe, qui ſua imbecillitatis conſcii, ſponte ſe aliis in Servitutem darent, ut Domini quidem ipſis providerent de neceſſariis, ipſi vero Operas viciſſim, quas poſſent, præſtarent.* Grot. *de Jur. Bell. & Pac. Lib. 2. Cap. 5.* §. 27. ex eoque Vinn. *ad §. 4. Inſt. de Jure Perſon.* Ex quo forſitan eſt, quod dicit Lactantius *Lib. de Inſt. cap. 6.* Servitutem ex inopia originem traxiſſe, his verbis: *Ut Ser-*

vitia

vitio cæteros ſubjugarent, inprimis neceſſaria vitæ ſubducere & colligere cœperunt, eaque firmiter concluſa ſervare, ut beneficia cœleſtia facerent ſua, non propter humanitatem, quæ nulla in ipſis erat, ſed ut omnia captivitatis & avaritiæ Inſtrumenta corraderent.

§. IX. Licet autem hactenus allata abſtrahendo à Jure Romano generaliter vera ſint, hoc tamen notandum, quod apud Romanos in eo Juri Gentium quodammodo derogatum ſit, quod indiſtinctâ ita ſeſe vendendi Libertas eo Jure inſpecto, ad hunc unicum ſolummodo, doloſæ & alterius decipiendi gratia celebratæ Venditionis Caſum, reſtricta fuerit, cum enim Romanis perſuaſum eſſet, *Liberum hominis corpus nullam recipere æſtimationem. Leg.* 13. *pr. ff. ad L. Aquil.* ipſorum LLatores ſtatuerunt, *Liberum hominem regulariter non poſſe venire in commercium*, ſecund. *L* 38. *§. 5. ff. de Verb. Oblig.* nec non JCtum Calliſtratum. *in L* 37. *ff & Imp. in L.* 10. *C. de Liberal. cauſa. Conventionem privatam neque Servum alicujus, neque Libertum facere, vel hominem liberum in ſtipulationem.* juxta. *L.* 1. *§. 9. ff. de Oblig. & Act. L* 103 *ff. de Verb. Oblig. ne quidem ſub conditione ſi Servus erit, cum Caſum adverſamque fortunam Liberi hominis ſpectare velle, neque Civile neque Naturale ſit. L.* 83. *§. 5. ff. de Verb. Oblig L.* 34. *§ 2 ff de Contrah. Empt.* deduci poſſe, ut adeò errare eos oporteat, qui generaliter ſtatuunt Jure Romano ſui ipſius venditionem indiſtinctè permiſſam fuiſſe, cum Wæchtlër. *in Lection. Grotian. ad Lib.* 1. *cap.* 3. *§.* 9. *num* 1. dudum refutato à B. Scheinemann. *Diſput. de Commercio circa Liberum hominem.* §. 14.

§. X. Et hi ſunt modi enumerati ab Imp. *in §. 4. I. de Iur. Perſon.* quibus meritò adjungimus & alterum

ex

ex *L.2.C. de Patrib. qui filios diſtraxer.* quando ſcilicet Pater nimia paupertate & egeſtate preſſus, victus cauſa liberos ſuos ſanguinolentos vendit & alterius Servituti addicit, quem modum adeò non Juri Naturali vel Gentium contrariari cenſemus, ut & in genere, Parentibus Jure Naturali Jus commercii in Liberos urgente neceſſitate competere aſſeramus, licet enim in Negativam hic propenſiores ſint Felden. & Bœcler. *ad Grot. Lib. 2. cap. 5. § 5.* ſequentibus. à B. Scheinemann. *d. Diſp.* § 9. in compendium redactis rationibus, quod ſcilicet (1) Corpora liberorum omnem æſtimationem, propter Libertatem ipſis adhærentem reſpuant, adeoque Objectum conventionum conſtituere nequeant (2) finis Societatis Paternæ pereat, & per alienationem Liberis alimenta, educatio & quæ præterea ipſis Jure Naturæ debentur, ſubtrahantur, & ex quo peregrinæ Curæ & poteſtati ſubmittuntur, intentioni Naturæ, quæ Parentibus præcisè tenerrimum affectum, ut prolis curam ipſi agant, implantavit, directò adverſetur. (3) Vita & Libertas pari paſſu ambulent, Jus vero vitæ & necis Naturali Jure Parentibus in Liberos non competat, ergò per conſequens nec hoc concedendum ſit, cum Servitus morti æquiparetur. *L. 209. ff. d. R. J. L. 58. ff. de Condit. & Demonſt.* &c. utantur, imò Jure Attico & Romano Antiquiori talis venditio omnimodo prohibita cenſeri debeat, cum iſta per Legem Solonis. *79. Filiam aut ſororem vendere nemini Jus fuerit.* hoc verò juxta Paulum *L. 5. Sentent. Tit. 1. §. 1. Qui contemplatione extrema neceſſitatis, aut alimentorum gratia, filios ſuos vendiderunt, Statui Ingenuitatis eorū non præjudicaverint.* add. Edictum Theodorici. *cap. 94. & 95.* iisdem pene verbis conceptum, & Lex Wiſigothorum. *Lib. 5. tit. 4. cap. 12.* apud Bœcler. *p. 153.* tamen patrem naturaliter

& ubi

& ubi Lex Civilis non impedit, filium oppignorare, & ſi neceſſe eſt, etiam vendere poſſe, communiter tradunt, Grot. *de Jure Bell. & Pac. Lib. 2. cap. 5.* §. 5. Ziegler. *ad d. L. pag. 270.* Henning. *ibid.* Dn. Thomas. *in Inſtit. Juriſpr. Divin. Lib. 3. cap. 3.* § 73. potiſſimam rationem decidendi repetentes ex ipſo Imperio Paterno, non prout illud apud hanc vel illam Gentem LL. Particularibus reſtrictum aut dilatatum conſpicitur, ſed prout ex conditione Naturæ humanæ & fine Conſociationis inter Parentes & liberos conſiſtentis, certam latitudinem & terminos præfixos agnoſcit, poſtquam enim pater ad explendam obligationem adverſus Liberos, a Natura injunctam, Poteſtate inſtruendus erat, omnino præſumendum, haud anguſtiores limites Naturam huic Poteſtati conſtituere voluiſſe, quam ad hunc finem obtinendum requiri videbantur, adeoque deficientibus mediis ordinariis, quibus aliàs Parentes liberis proſpicere ſolent, illam Jus dare ad omne id ſine quod obtineri non poteſt. Notanter autem dicimus, deficientibus mediis ordinariis, hoc ipſo ſatis innuentes, non vagum prorſus hic à Natura indulgeri diſtrahendi arbitrium, ſed id intra terminos ſuos coercendum, & ad extra ordinarium, ſummumque neceſſitatis caſum, cum ſcilicet alia ratio filium alendi non ſuppetit, reſtringendum & deniq; etiam Servituti certum modum præſcribendum eſſe, ita quoque monentibus Puffendorff. *Lib. 6. cap. 2.* §. 9. Kulpis. *in Colleg. Grot. Exercitat. 4. θ. 3.* quod probe obſervavit Imperator Conſtantinus in alleg. *L.* 2. hoc venditionis Jus non in omnes indiſtincte liberos permittens, ſed expreſsè requirens, (1) ut filius ſit adhuc ſanguinolentus. (2) Nimia egeſtate paupertateq. pater prematur. (3) Venditio fiat victus gratia. (4) Ut quandocunque Patri vel cuilibet alteri talem

filium

filium ſanguinolentum ad Ingenuitatem revocare libue. rit, hoc dato pretio, vel ſubſtituto aliquo alio mancipio, facere liceat, ut adeo hujus Conſtitutionis inſignis Sanctitas ſit atque Juſtitia, quam & aliæ Gentes probè agnoverunt, & uti credibile eſt, ab ipſo Supremo L Latore Deo hauſerunt, ita enim apud Hæbreos hæc poteſtas oppignorandi & alienandi omnino erat permiſſa, juxta Geneſ. *cap. 42. §. 37.* ibi: Ruben antwortet ſeinem Vatter und ſprach/ wann ich dir ihn nicht wiederbringe/ ſo erwürge meine zween Söhne. Exod. *cap. 21. v. 7.* verkaufft jemand ſeine Tochter zur Magd. & Nehem. *cap. 5. v. 2.* ubi Populus fame oppreſſus, in hæc verba prorumpit. Unſer Söhne und Töchter ſind viel/ laſt uns Geträvd nehmen/ und eſſen/ daß wir leben. Sic porrò apud Phrygas idem obtinuiſſe teſtatur, Philoſtratus *in Vitâ Apolonii Thyanæi Lib. 8.* apud Thebanos, teſte Claud. Ælian. *Lib. 2. Varior. Cap. 7.* Lex ita ſe habebat. *Ne cui Thebano liceat infantem exponere, neque in ſolitudinem abjicere, capitis ſupplicio conſtituto, verum ſi extrema mendicitate pater laboret, ſive mas ſit, ſive fæmina infans, jubet Lex eum ſtatim à materno partu ad Magiſtratum, cum ipſis faſciis afferre, qui acceptum alicui tradit levi pretio, cum quo pactum intercedit, bona fide infantem alat, & adultum ſervi vel ſervæ loco habeat, ſic ut pro educationis mercede, operas ejus accipiat*: quod & apud alios Græcos in uſu fuiſſe colligitur ex Ariſtophane *in Acharne.* ubi de quodam Megarenſe filiabus ſuis, an vendi an mori mallent, optionem dante, hos verſiculos recitat. Megarens. *Verum o improbæ puellæ, miſeri patris. Aſcendite ad cibum, ſi quid inveneritis alicubi, Audite ſane, convertite ad nos ventrem, utrum vendi mavultis an eſurire male.* Ejusdem venditionis exemplum proponit Ovidius *Lib. 8. Metamorphos.*

circa fin. ubi Eriſichton cum præ fame patrias attenuaſſet opes, tandem & filiam vendidit.

— Tandem demiſſo in Viſcera cenſu
Filia reſtabat non illo digna Parente.
Hanc quoque vendit inops. — —

De Veteribus Gothis idem teſtatur Jornandes *in Hiſtoria Gothica* his verbis: *Haud enim ſecus Parentes faciunt, ſalutem ſuorum pignorum providentes, ſatius deliberant Ingenuitatem perire quam vitam, dum miſericorditer alendus quis venditur, quam moriturus ſervatur.* ut multas alias Gentes, quas collegit Puffendorff. *Lib. 6. cap. 2.* §. *9.* & Tiraquell. *de Utroque Retractu. Tit.* 1. §. *26.* ſtudio prætereamus.

§. XI. Taceant itaque Azo, Accurſius, Petrus de Bella pertica & alii Barbari DD. qui in dicta lege, occaſione vocabuli Sanguinolentos: teſte Tiraquell. *d. l. n 16.* in iſtam ineptam, ne dicam ſtupidam feruntur Sententiam, ac hoc factum tanquam grande ſcelus & pietati paternæ contrarium, ſanguine ſeu capite luendum eſſet, cum tamen iſto vocabulo juxta genuinam aliorum Interpretationem, filii recens nati intelligantur, & Imperator Conſtantinus hoc modo id quod Jure Naturali & in provectioris ætatis liberos, juxta Ziegler. ad Grot. *Lib. 2. cap. 5.* §. *5.* licebat, non ſine ratione ad iſtiusmodi ſanguinolentos ſolummodo reſtrinxerit, taceant denique & ſupra enumerati, Venditionem Liberorum & Jure Univerſali prohibitam eſſe propugnantes, cum & ipſorum argumenta tanti ponderis non ſint, ut iis adſtipulari debeamus, concedamus enim, liberum hominis corpus æſtimationem non recipere, at quis hoc ipſum à LL. Civilibus ſolùm deſcendere negabit? imò demus & ipſo Jure Natu-

Naturali libertatem hominis ita comparatam eſſe, ut aliis rebus comparari aut exæquari nequeat, prout hac de re variè diſputant. Henniges ad Grot. *Lib. 1. cap. 3. pag. 234.* Graswinkel ad Felden. *pag. 137.* quid tamen impedit, quo minus emolumenta & operæ ex corpore libero provenientes in æſtimationem & conventionem perducantur, quorſum enim aliàs referemus æſtimationem pecuniariam, Parentibus ob necem liberis culpa illatam, præſtandam? quo loco collocabimus Intereſſe, quod itidem Parentes in Judicium deducunt, ubi filius ob vulnus acceptum, aut membrum mutilatum, minus vel prorſus inutilis factus eſt, ad præſtanda ea, quæ Parentibus, maxime infirmis aut paupertate preſſis, ex debito naturali, juxta *L. 1. C. de Alend. Liber. L. 5. §. 2. ff. eod.* præſtare tenetur? in utroque caſu de imminuto patrimonio juſtè conqueritur Pater, non ſolum Jure Romano, ſed & in Foro communi omnium Gentium, de quo ſubaudi tradita Grot. *Lib. 2. cap. 17. §. 13. & 14.* Puffendorff. *de J. N. & G. Lib. 3. cap. 1. §. 7. & ſeq.* Bœcler. ad Grot. *Lib. 2. cap. 1. §. 2.* nullibi tamen compenſationem ipſius filii interempti, aut reſtitutionem pro membro læſo mutilatove, ſed damni ſolummodo ex amiſſione operarum, à filio ſibi debitarum, partemque patrimonii ejus quaſi conſtituentium, emergentis, emendationem poſtulat. Illud prorſus verum eſt, quod in ſecunda ratione adducitur, quia ad hoc, ut obligatio Parentum, qua Liberis ad alimenta tenentur, efficax ſit, termini habiles præſupponi debent, quas hic indigentia Parentum excludit, fatemur officium Paternum patrii ita cohærere, ut ab eo divelli nequeat, hoc tamen non obſtat, quo minus utilitate prolis, aut neceſſitate exigente, cura ejus alteri delegari poſſit. Vid. Dn. Thomaſius *Inſt. Juriſpr. Divinæ. Lib. 3, cap. 4. §. 72.* In

F 3 tertia

tertia ratione, ineptè à Jure Necis ad Jus Commercii negativè infertur, id quod patet exemplo ſervorum, qui Jure Romano liberè alienari poterant, ſublato etiamnum Jure vitæ & necis per Conſtitutionem Divi Antonini, de qua *§. 2. Inſt. de his qui ſui vel alien. Jur.* comparatio vitæ & Libertatis innumeris inſtantiis infringi poſſet, ſed illæ in vulgus notæ. vid. Grot. *Lib. 2. cap. 24. §. 6.* illud interim pro certo tenendum, illationem à Jure vitæ & necis ad poteſtatem alienandi nequidem affirmativè procedere, id quod vel unico à ſubditis petito exemplo manifeſtum evadit. Dn. Scheinemann. *d. l. §. 10.* cæterum quod quartò ex Jure variorum populorum deſumptum, ne id quidem validè concludit, eſt enim hæc vendendi poteſtas ex iſtis Juris Naturæ particulis, quæ ad permiſſiva, ſeu uti alii loqui amant, conceſſiva ſolum, non præceptiva pertinent, & quæ per conſequens mutationi Supremi in Republica LLatoris obnoxia ſunt, nec enim his aliquam immutabilitatem debemus adſcribere, ſed potius ſi LLatori aliter Reipublicæ expedire viſum fuerit, ſine injuſtitiæ macula mutare poterit, cum ad ſalutem omnium eô certius obtinendam, omnia Reipublicæ membra Juri ſuo quæſito renunciaſſe cenſenda ſint, ut adeo ſi in aliqua Republica poteſtas vendendi liberos planè interdicta eſſet, aliquis ſibi potius hoc imputare deberet, quod in eam ſe conferendo, tacitè ſeſe LL. in ea vigentibus ſubjecerit, quam de injuſtitia talium Legum ſine ratione conqueri, ut adeo concludendo hanc θ. Jus vendendi liberos in caſu ſupremæ neceſſitatis à Jure Naturæ conceſſum, Jure Gentium introductum, Jureque Romano ſolùm determinatum aſſerere non dubitemus.

§. XII. Reſtant nunc alii modi, quos à Jure quidem Civili introductos ſponte fatemur, interim tamen ut nec

iſtos

iſtos Juri Naturali contrarios, vel Moribus Gentium planè incognitos pronunciemus, quantum enim attinet eos, qui atrocitate Sententiæ in Servitutem rediguntur, quod aliquis ob delictum etiam invitus, alieno poſſit ſubjici dominio, de Jure Naturæ clarum eſt, quotiescunque enim quis meruit, ut Libertatem amitteret, quin ab eo, cui Jus pœnæ exigendæ competit, ea privari poſſit, nullum eſt dubium, optima enim caſtigandi ratio eſt eripere peccantibus Libertatem, qua plerumque abutuntur, ſic apud Lycios fures, apud Wiſigothos aliorum multorum criminum reos, Servituti addictos fuiſſe, teſtatur Grot. *de J. B. & P. Lib. 2. cap. 5. §. fin.* ſic Apollinem Jupiter cum in Tartarum dejicere vellet, exoratus à Latona Servituti mancipaſſe legitur, apud Apollodorum. *Lib. 3.* ſic porro Thebanos Alexander Magnus Servituti per Sententiam addixit, apud Juſtinum & Curt. *de Reb. Geſt. Alex. M.* & hinc apud Romanos non ſolum qui ad delectum in luſtratione militum citati non reſpondebant, juxta *L. 4. §. 10. ff. de Re Milit.* ſed & incenſi, qui patrimonium vel planè non, vel malè profeſſi eſſent, juxta Legem Servii Tullii Regis, de qua Livius *Hiſtor. L. 1. cap. 44.* & fœminæ quæ alieno ſervo ſe junxiſſent, juxta SCtum Claudianum, Servituti mancipabantur, & hinc porrò non ſine juſta ratione Liberti Libertate ſua contra Dominum abutentes, & Libertatis immemores nequitiam ſervilis ingenii recipientes, juxta Imper. Honor. *in L. 3. C. de Libert. & eorum Liber.* eadem rurſus privati, & tanquam ingrati in priſtinam Servitutem remiſſi fuere, licet enim propter ingrati vitium nullæ pœnæ locum eſſe, potiſſimũ contendat Seneca *de Beneficiis. Lib. 7. c. 7.* ex eoq; Grot. *d. J. B. & P. Lib. 2. c. 20. §. 20.* Puffend. *de J. N. & G. Lib. 3. cap. 3. §. 12.* apud quasdam tamen gentes Actionem contra hominem ingratum competiiſſe, teſtis eſt

eſt Xenophon. *Inſtitut. Cyri. Lib. 1. pag. 6.* quando de Perſis ita loquitur: *Judicium dant de illo quoque crimine, propter quod inter homines odia mutua potiſſimum exiſtunt, cum poſtulationes in Judiciis de eo minimè fiant, nimirum de ingratitudine, itaque ſi quem intellexerint, gratiam non referre quum poſſit, in eum etiam valdè animadvertunt, nam ingratos homines inprimis nulla Deorum cura, nulla parentum, patriæ, amicorum adfici arbitrantur.* Sic etiamſi Seneca *de Benefic. Lib. 3. cap. 6.* excepta Macedonum gente nullibi Actionem ingrati dari porrò afferat; Lucianus tamen in *Abdicato. Tom. 1 pag. 490.* diverſum pronunciat. Teſte Bœcler. *in Diſſert. Grot. 3. pag. 102.* & certè vix dabitur Natio, quæ non benignitatem, comitatem, gratum animum & beneficii memorem diligat, quæ denique ſuperbos, quæ maleficos, quæ crudeles, quæ ingratos, licet nullam in Foro contra eos Actionem concedat, non aſpernetur. Teſte Cicerone *Lib. 1. de Legib. cap. 11.* ut adeo nullum remaneat dubium, Libertum ſi non obſtante inæſtimabili Libertatis beneficio nihilominus in Patronum ingratus fuerit, jure optimo maximo rurſus in Servitutem poſſe redigi, quæ omnia facili labore latius poſſent deduci, niſi hi ipſi tres modi poſteriores Servitutem conſtituendi, à JC. introducti, hodie maximam partem propter ſublata Servitutis Jura ſublati eſſent, per *Novell. 22. cap. 8. tot. tit. Cod. de Senatus C. Claud. tollendo.*

§. XIII. Pergimus ad Subjectum, quod vel Activum vel Paſſivum, quorum iſtud conſtituit Dominus, hoc Servus, quo utroque vocabulo licet maſculino, fæminas tamen non excludimus, ſed ſub perſonis principalibus comprehenſas volumus, juxta illud JCtorum, *Maſculinum etiam includit femininum. in L. 1. ff. de Verb. ſignif.* hic enim nullo Jure aliqua differentia ſexus introducta eſt, ſed

utraque

utraque Perſona Subjectum Poteſtatis herilis rectè conſtituit, hinc toties quoties in Jure Romano occurrunt exempla ſervorum fœminis ſervientium, *in tit. de Jure dot. ad SCt. Sylan. & Claudian.* &c. ſpecialiter autem quoad Subjectum Activum hoc notandum, quod omnes omnino homines, ſine diſcrimine ſexus, Ætatis, conditionis, dignitatis & Religionis ſervos habere poſſint, & quod ſi unus vel alter à certa quadam ſervorum ſpecie arceatur, hoc ex Juris Civilis diſpoſitione deſcendat, quod eum ad acquirendum hujus vel iſtius ſervi in individuo conſiderati dominium, reddit inhabilem, prout tale exemplum occurrit non ſolum in Domino infideli, cujus Dominicam in Servos Chriſtianos Poteſtatem Sacer Codex non uno in loco confirmat, vid. Epiſtol. Paul. ad Timoth. *I. cap. 6. pr.* ibi: Die Knechte ſo unter dem Joch ſind/ſollen ihre Herren aller Ehren werth halten / auff daß nicht der Name GOttes / und die Lehre verläſtert werden. Welche aber glaubige Herrn haben/ſollē dieſelbige nicht verachten / daß ſie Brüder ſind. ꝛc. econtra Impp. Honorius & Theodoſius *in L. I. C. Ne Chriſtianum mancip. Judæus habeat.* directò contrarium ſtatuunt, & Poteſtatem Dominicam talibus dominis infidelibus auferunt, ex ratione allata *in L. ult. Cod. Theodoſ. d. t. quia nefas ſit, religioſiſſima mancipia, impiiſſimorum mancipari dominio.* Sed & in Domino & Servo fidelibus, quem, non obſtante *Epiſtol. Paul. ad Philemonem. verſ. 16.* ubi ſervum Oneſimum ad Chriſtianam Religionem converſum, remittit ad Dominum, hac Lege, *ne ipſum amplius ut ſervum, ſed ut fratrem haberet.* (quippe quod *d. l.* ſolum in argumentum miſericordiæ conciliandæ, non verò finiendi Juris Dominici allegavit Apoſtolus,) Dominicæ Poteſtati locis ſupra all. nihilominus Sacra Pagina ſubjicit. Cætera

vero quantum attinet Subjectum Paſſivum, id uti diximus, conſtituunt Servi, ſive omnes iſtæ perſonæ quæ modis ſupra deductis in Servitutem noſtram redactæ ſunt, adeoq; juſtam ſervitutem ſerviunt, aliud enim eſt ſervum eſſe, aliud verò in Servitute eſſe, in Servitute enim eſſe dicitur, qui cum ſervus revera non ſit, pro ſervo tamen habetur, licet reverâ liber ſit, ſic enim aliud eſt in libertate eſſe, aliud liberum eſſe, aliud poſſidere, aliud in poſſeſſione eſſe, prout Imp. in §. 1. *J. de Ingen.* & JCtus *in L. 10. §. 1. ff. de Acquirend. Poſſ.* loquuntur, quando autem dicimus, omnes perſonas Servitutis Subjectum poſſe conſtituere, eo ipſo hic iterum indigitamus, nullam hic haberi dignitatis, ſexus vel prærogativæ rationem, & hic omnes, ſive ſint Reges, ſive Principes, ſive alterius cujusdam conditionis ſervili jugo poſſe ſubjici, hinc Tacitus *Hiſtoriarum II. Populi Romani Inſtrumenta Servitutis, & Reges appellitat*; & Lucanus. *Atque omnis Latio quæ ſervit purpura ferro.* Imò hoc Servitutis jus non ſolùm ad perſonas veras, ſed & ad myſticas & fictas, ſeu Univerſitates & Respublicas poſſe extendi omninò conſtat; in his enim Univerſitates in Jure noſtro perſonis veris æquiparari haud rarò deprehenditur, ſicut enim ſingulorũ pœna aliquando eſt mors, ita mors Civitatis, everti, quod fit cum Corpus Civile diſſolvitur, atque hoc modo ſi Civitas eſſe deſinat, uſumfructum velut morte finiri, rectè dixit JCtus Modeſtinus *in L. 21. ff. quibus modis Uſusfr. amitt.* ſicuti denique ſinguli in Servitutem pænæ nomine rediguntur, ut Thebani juxta ſupra allegatâ ſub Alexandro M. ſic & Civitas ſubit Servitutem Civilem in Provinciam redacta. Grot. *de J. B. & P. Lib. 2. cap. 21. §. 7.* quando enim talis Reſpublica armis ſubjugatur, & excidio a Victore delenda eſt, præſtat ſanè vitam, quæ fundamentum eſt omnium bonorum temporalium

ralium, & æternorum occaſio, conſervare, quam Libertatem, idque ſive in uno homine ſumas, ſive in toto populo, prout inſigne exemplum Gibeonitarum nobis proponit Sacer Codex Lib. Joſuæ. *Cap. 9. v. 22.* Da rieff ihnen Joſua / und redet mit ihnen und ſprach / warum habt ihr uns betrogen und geſagt / ihr ſeyd fern von uns / ſo ihr doch unter uns wohnet / darum ſolt ihr verflucht ſeyn / daß unter euch nicht auffhören / Knechte die Holtz hauen und Waſſer tragen zum Hauſe meines GOttes. & *verſ. 27.* Alſo machte ſie Joſua deſſelben Tags zu Holtzhauern und Waſſerträgern der Gemeine / und zum Altar deß HErrn / biß auff dieſen Tag. Imò Deus ipſe pro beneficio imputat, quod non perdat hominem ſed in Servitutem tradat, & alibi ſuadet per Prophetam Hebræis, ut ſeſe Babyloniis in Servitutem dedant, ne fame ac peſte moriantur, prout videre licet ex Paralipomenon. *II. cap. 12. verſ. 7. & 8.* ibi: Darum will ich ſie nicht verderben / ſondern ich will ihnen ein wenig Errettung geben / daß mein Grimm nicht trieffe auff Jeruſalem durch Siſak / doch ſollen ſie ihm unterthan ſeyn. Et porrò Jeremiæ. *Cap. 27. verſ. 12. & 13.* Ergebt euern Hals unter das Joch deß Königs zu Babel / und dienet ihm und ſeinem Volck / ſo ſolt ihr lebendig bleiben / warum wolt ihr ſterbẽ / du und dein Volck / durch Schwerdt / Hunger und Peſtilentz. *&c.* Quare illud quanquam laudatum antiquis. *Obſeſſum Pœno geſſit quod Marte Saguntum.* laudandum non eſt, nec quæ eo ducunt. Grot. *d. L. 2. Cap. 24. §. 6 & Lib. 3. Cap. 9. §. 4.* ibique Teſmar. *lit. K.* & falſus etiam hic eſt Seneca. *Epiſt. 70. ſpurciſſimam mortem, mundiſſimæ Servituti præferens*, falſi denique illi, qui occaſione *L. 9. ff. de Manumiſſ. vind. L. 8. §. 1. & 2. ff. quod*

metus cauſ. Libertatem & famam pari paſſu cum vita contendere, imò ipſi præferendam eſſe, ſatagunt.

§. XIV. Objectum Servitutis conſtituunt operæ & miniſteria Dominis præſtari ſolita, de quibus id notandum: *ſervorum quidem unam eandemque conditionem eſſe, quoad Statum ſuum.* juxta Imp *in §. 5. J. de Jure Perſ.* cum *ſcilicet omnes Poteſtati Dominicæ ſubjiciantur æqualiter, & omnes eandem Servitutem ſerviant, L. 5. pr. ff. de Stat. Hom. & quantum Jus Civile attinet, nec perſonam, nec ſtatum, nec caput habere intelligantur, ex quo diſtinguantur. L. 32. ff. de Reg. Jur.* ex quo autem eos ſpectamus, habita ratione venditionis vel permutationis, honeſtatis, probitatis, malitiæ, nequitiæ, eorundem poterunt eſſe variæ conditiones, quorſum reſpexit JCtus Venuleius in *L. ſ. ff. de Edict. Ædilit.* Ulpian. in *L. 15. §. 2. ff. de Uſufr.* ubi ordinē & dignitatem reperiri inter mancipia JCtus expreſsè fatetur, hinc & apud Romanos alius alio pretioſior, juxta *L. 2. §. 5. C. de commun. Servo manumiſſ.* prout ſcilicet erant, Publici, Actores, Diſpenſatores, Atriarii, Toparii, Ordinarii, Inſularii, Mediaſtini, quorum officia latè deſcribunt Titus Popma *de Oper. Servor.* & Laurent. Pignorius, Coraſius *Miſcellan. Jur. Civ. Lib. 5. cap. 21.* nos vero tanquam ab Inſtituto noſtro deviantia miſſa facimus.

§. XV. Ut autem ad Effectus Servitutis nunc deveniamus, ordinis poſtulat ratio, licet enim Imperator eos demum *in Tit. ſeq. VIII. de his qui ſui vel alien. Jur. ſunt.* proponat, & hiſce alios Titulos ad Statum Civitatis pertinentes intermiſceat, iſtum tamen huic noſtro melioris connexionis gratia conjungere eo minus erit prohibitum, ac Imp. in eo circa Poteſtatem Dominicam tanquam Effectu Servitutis principaliſſimo totus occupatus ſit, camque ſtatim *in §. 1. d. t.* definit, quod ſit Poteſtas

Jure

Jure Gentium introducta, domino competens ſervis ſuis ad propriam domini utilitatem imperandi. Quæ omnium optimè elucent ex iis, quæ Jura domino attribuunt privilegiis, quando ſcil. Imp. hoc ipſo §. fatetur *apud omnes Gentes animadverti poſſe, dominis in ſervos vitæ necisque poteſtatem fuiſſe, & quodcunque Servus acquiſierit, id domino acquiri.* Quibus omnino, ea quæ Jure Gentium, dominis, tam in perſonam quam res Servorum licent, ſat manifeſtè exprimit, tribuens iis ſcilicet quoad Effectus lucroſos. I. Jus vitæ & necis, cum enim Servitus à Captivitate, uti ſuprà dictum, non minimam ſui originem, traxerit, in bello capta vero capientium acquirantur dominio, ideo de rigore Juris Gentium factum & in Jus Civile Romanorum traductum fuit, ut *Servi rerum, imò pecudum & quadrupedum numero ab initio haberentur,* juxta Gajum *in L. 2. §. 2. ff. ad L. Aquil.* & ſicuti in pecora, ita & *in ſervos dominis impunè ſævire liceret, tanquam rerum ſuarum moderatoribus & Arbitris. L. 21. C. Mandati. quibus re ſua non ſolum uti, ſed & abuti permiſſum erat.* ſecundum Ulpianum *in L. 25. §. 10. ff. de Hered. petit.* ut adeo veriſſimè in *Servum domino nihil non licere,* dixerit Seneca pater. Nulla enim perpeſſio eſt, quæ ipſis non imponatur, nulla actio quæ non quovis modo imperetur & extorqueatur, ita ut etiam ſævitia dominorum in Servos impunita ſit. Hug. Grot. *Lib. 3. Cap. 7. §. 3.* prout vel unicum horrendum Venii Pollionis murenas ſuas ſanguine humano paſcentis, & ſervos qui vel leve quid commiſerant, in vivarium abjicientis, exemplum apud Senecam *Lib. 1. de Clementia. cap. 18.* teſtatur. Cæterum hæc atrocitas Jure Gentium impunita, & tempore Abrahami inter Orientis populos jam tùm conceſſa, juxta Geneſ. *cap. 16. v. 6.* ibique Grot. non adeo diu

diu multis populis, exceptis Romanis & quibusdam Græcis, à quibus eam Romanos hauſiſſe credibile eſt, in Uſu & probata fuit, quia potius alii majori humanitate & moderatione ſervos tractaverunt. uti v. gr. de Parthis dicit Juſtinus, *eos Servos ſuos pari cum Liberis cura habuiſſe.* de Germanis idem teſtatur, Tacitus *de Morib. Germanor.* imò & apud Athenienſes de ſævitia in ſervos cognoſcebatur, uti Xenophon nos docet, *in Lib. de Republ. Athenienſium.* quin & licebat ſervis aut certa pecunia ſe redimere, ut Plautus *in Caſina.* quæ Comedia Attica eſt, teſtatur, aut poſcere ut venderentur, juxta Grot. *in flor. ſparſ. ad Jus Juſtinian.* hinc etiam factum, ut de ferveſcente paulatim iſta paſtoritia veterum Romanorum feritate, ipſorum Conſtitutiones magis magisque ad Naturalem & internam Juſtitiam acceſſerint, multum enim diſtare, id quod J. G. impunè in ſervum fit, & quod Naturalis ratio permittit, ipſorum prudentes deprehenderunt, hinc Seneca, Apoſtoli Pauli, quem & noviſſe & inter amicos habuiſſe referunt, teſte Dn. Stryk. Jun. *in Jurisprud. Apoſtol. Paul.* §. 12. forſitan doctrina edoctus, ait. *Cum in Servum omnia liceant, eſt aliquid quod in hominem licere commune Jus animantium vetat. Lib. I. de Clement. cap. 18.* Philemonis illud eodem tendit:

Here quisquis eſt homo natus, quamvis ſerviat
Is Servitutem, tamen homo eſſe non deſinit.

Alibi idem Seneca. *Epiſt. 47. Servi ſunt, imò homines, Servi ſunt, imò contubernales, Servi ſunt, imò Conſervi.* Grot. *de Jure B. & P. Lib. 3. cap. 14.* §. 2. Et ſi Natura inter omnes homines cognationem quandam conſtituit, ſecundum Florentinum *in L. 3. ff. de Juſt. & Jur.* conſequens cenſuerunt, hominem in hominem ſævire nefas eſſe, proinde, cum inſuper hæc ipſa Vitæ necisque poteſtas dominis

conſti-

conſtituto ordine Civitatum amplius haud eſſet neceſſaria, de quo vid. Bœcler. *ad Grot. Lib. 2. cap 5. §. 28.* Servorum fortunæ humanius paulatim cæpit conſuli, hinc Lege Petronia dominis primo poteſtatem ademptam, ne ſuo arbitratu Servos cum beſtiis committerent, refert Modeſtinus *in L. 11. §. f. ad L. Cornel. de Sicar.* deinde per Hadrianum quæſtiones adverſus dominum decretæ, qui ſine cauſa ſervos proprios occiderat, nec eodem imperante, Umbricia Matrona nobilis impunè tulit, quod ex leviſſimis cauſis ancillas tractaſſet atrociſſimè, ut quæ ejus rei gratia fuit relegata. *L. 2. §. f. ff. de his qui ſui vel alien.* poſtmodum per Antoninum conſtitutum, ne in ſervos ſupra modum ſævire liceret, multo minus eosdem necare ſine cauſa LL. cognita, quod tandem & per Conſtantinum M. planè fuit abrogatum, & dominis omnis capitalis in Servos animadverſio adempta, per Conſtitutionem quæ de Emendatione Servorum in Codice adhuc hodie conſpicitur. Et certè hæc ipſa Juris Romani recentioris diſpoſitio, Juri Univerſali magis eſt conſentanea, quod ſi enim Naturæ Jus conſideremus, iſto *Servus eodem modo ad ſimilitudinem pulchritudinis cæleſtis*, uti Imperator Conſtantinus *in L. 17. Cod. de Pæn.* loquitur, *eſt creatus, ac liber homo, & per conſequens licet ea quæ Juris Civilis ſunt, non habeat, ea tamen, quæ Juris Naturæ ſunt, ipſis denegari nequeunt. L. 17. ff. de Pæn. L. 32. ff. de R. J.* eo autem Jure homicidium in quocunque homine commiſſum æqualiter vindicatur, teſte Lege Noachidarum tertia, extante Geneſ. *cap. 9. v. 5. 6.* repetita Jure Divino revelato, Exod. *cap. 20. v. 10.* Matthæi *cap. 5. v. 21.* ut adeo non poſſit non eſſe ſancta, Juris Romani diſpoſitio, quo apud Marcianum *in L. 1. §. 2. ff. ad L. Cornel. de Sicar.* cautum legitur, *eum qui hominem occiderit puniri, non habita differentia*

tia, cujus conditionis hominem interemerit, etiamſi ſervus eſſet. L. 23. §. 9. ff. ad L. Aquil. hinc toties quoties æquitas & benignitas dominis commendatur in Sacro Codice, nunquam ſævitia vel atrocitas. Exod *cap. 21. v. 26.* Levit. *cap. 25. v. 39. & ſeq.* Deuteron. *cap. 15. v. 12.* II. Reg. *cap. 6. v. 22.* Epiſt. ad Epheſ. *cap. ult. v. 9.* ad Coloſſ. *cap. 4. v. 1.* quem locum Apoſtolum Paulum, ex Macrobii *Lib. 1. Saturnal. c. 2.* verbis: *Tibi unde in Servos tantum & tam immane faſtigium? quaſi non iisdem tibi & conſtent & alantur Elementis, eundemq; Spiritum ab eodem principio carpant. Vis tu cogitare eos, quos Jus tuum vocas, iisdem ſeminibus ortos, eodem frui cœlo, æque vivere, æque mori? Servi ſunt, imò conſervi. Si cogitaveris tantundem in utrosq; licere fortunæ, tàm tu illum liberum videre potes, quam ille te Servum.* deſumpſiſſe valdè eſt credibile. Ut taceamus nunc id quod & publicè expedit, partim *ne re ſua quis malè utatur, §. 2. J. h. t.* partim vero *ne privata authoritate ſibi quis id tribuat, quod coram Judice competente,* ſervum ipſi, juxta dictamen *L. 24. §. fin. ff. ad L. C. de Sicar.* tradendo, *legitimo modo poteſt conſequi*; juxta EdictumImper. Marci *in L. 13. ff. quod met. cauſ.*

§. XVI. Impios ergo oportet eſſe eos, qui contendunt non teneri cuiquam Dominum, propter ſervum occiſum, niſi fortè ad preces fundendas pro anima ejus, ſi ſervus fuerit Chriſtianus, quorum agmen ducunt è Pontificiis Azorius & Filliucius, hoc nomine refutati à Zieglero ad Grot. *Lib. 3. cap. 7. §. 3.* cum talis dominus in Rempublicam ſit injurius, non minus ac in Eccleſiam, quarum utramque membro privat, dum Servum interficit, multò minus autem ferenda iſtorum Sententia, qui in ſervum nullam injuriam cadere: & per conſequens dominum propter membrum aliquod ruptũ aut mutilatum ad nihil teneri

teneri & extra reatum eſſe autumant, quorum Coryphæum conſtituit Hobbes. *de Cive. Tit. 2. cap. 8. §. 7.* licet enim re ſua talis dominus quodammodo utatur, ſibique ipſi maximum exinde inferat damnum, dum tali Servo ad obeunda miniſteria Oeconomica antea idoneo carere cogitur, non tamen hic verſamur in ordine ad Dominum, ſed in ordine ad Servum, ut diſquiramus, quid coram Deo, & Juſtitia interna in ipſum liceat, ubi merito Imperat. Conſtantini M. verba *in L. un. C. de Emend. Servorum*, locum ſortiuntur, *quod immoderatè ſuo Jure uti velle, nihil aliud ſit, quam immanium Barbarorum ſævitia*, modica enim ſolummodò, non exceſſiva caſtigatio ex dictamine purioris Jurisprudentiæ in locum Juris vitæ necisque ſucceſſit, quam ad membrorum mutilationem non poſſumus extendere, ita enim de Servo Hebræo præcipit Lex Divina, quam propter naturalem cognationem omnibus adaptare poſſumus, *Non opprimes, non dominaberis ei durè.* ad quem locum ſic Philo *de Specialib. Leg. 2. Servi fortuna quidem inferiores ſunt, Natura autem pares Dominis, ac Divinæ Legi juſti regula eſt, non quod fortunæ, ſed quod Naturæ congruit.* Ideo non oportet dominos Poteſtate ſua in Servos protervè uti, nec eam in materiam ſumere ſuperbiæ, inſolentiæ, & diræ feritatis. Hæc enim ſigna ſunt, animi non placidi, ſed malè temperati, & in ſubditos Tyrannico quodam dominatu ſævientis. *Numquidnam æquum eſt*, ait Seneca, *gravius homini & durius imperari, quam imperatur animalibus mutis. Atqui equum non crebris verberibus exterret dominandi peritus Magiſter, fiet enim formidoloſus & contumax, niſi eum tactu blandiente permulſeris.* & mox. *Quid ſtultius eſt, quam in jumentis quidem & canibus erubeſcere iram exercere, peſſima autem conditione hominem eſſe, in quo tamen alibi idem cogitandum,*

 non

non quantum tanquam mancipium impunè pati poſſit, ſed quantum tibi permittit æqui bonique natura, quæ parcere etiam captivis & pretio paratis jubet. Grot. *de J. B. & P. Lib.* 3. *cap.* 14. §. 3. & 4. hinc utique ſecundum hactenus t adita, *dominus Servum virgis aut loris quidem afficere aut cuſtodiæ cauſa in vincula conjicere poteſt, ictu fuſtis aut lapidis vero cædere nequit, ſed potius tunc, ſi ex tali vulnere Servus deceſſerit, homicidii reus erit,* juxta Conſtant. *in L un. C. de Emendat. Servor.* cui non obſtat, quod aliàs in Jure Divino legitur, Exodi. *cap.* 21. *v.* 20. & *ſeqq.* Wer ſeinen Knecht oder Magd ſchlägt mit einem Stab/daß er ſtirbet unter ſeinen Händen/der ſoll darum geſtrafft werden/bleibt er aber einen oder zween Tage/ſo ſoll er nicht darum geſtrafft werden/dann es iſt ſein Geld. Quippe quæ Lex Forenſis Judaica de impunitate ſolummodo Politica intelligenda, ita tamen ut talem homicidam manere debuerit certiſſimum æternæ damnationis ſupplicium, prout hunc textum noſtrates communiter explicant, inter eosque omnium optime B Brentius *ad d. l.* his verbis: *paulo durior eſt, (hæc lex ſcilicet) in ſervos & ancillas, Romanæ Leges hac in parte mitiores ſunt, dicunt enim hoc tempore, nullis hominibus, qui ſub imperio noſtro ſunt, licet ſine cauſa LL. cognita in ſervos ſuos ſupra modum ſævire, nam ex Conſtitutione Divi Pii Antonini, qui ſine cauſa ſervum ſuum occiderit, non minus puniri jubetur, quam qui alienum occiderit. Lex tamen Moſis multo æquior fuit ſuo tempore, quam aliæ Leges, quæ eo tempore inter Gentes extiterunt, & conceſſerunt ſimpliciter dominis in ſervos, tanquam in Jumenta, Vitæ Necisque poteſtatem. Ergone licuit Patrifamilias in Politia Moſaica impunè in ſervum ſuum ſævire, modo non ſtatim occidat ipſum? Licuit quidem impunè quantum attinet ad forentia ſupplicia: Quia, inquit Lex,*

pecunia

pecunia ipſius eſt; ſed minime omnium licuit, quantum attinet ad peccata & ſupplicia coram Deo, & obnoxius fuit ſupplicio homicidii, videlicet pœna ignis æterni. jung. B. Lucas Oſiander *ad d. l.* ubi paria.

§. XVII. Quod ſi autem hiſceJuribus prohibitivis non obſtantibus immanis ſit domini ſævitia, an ſervus ſe ipſum occidere, vel fuga ſibi conſulere, & ſemet ipſum Libertati reſtituere poſſit ſalva Conſcientia, inter noſtros non ſine gravi contentione disquiritur, & certè quoad primum Q. membrum ſine omni dubio Negativam, non obſtante *Lege 9. §. 7. ff. de Pecul.* amplectendam eſſe, & ipſo Jure Romano inſpecto, ſana dictitat ratio, quoad poſterius autem apud multos hoc planè negari videmus, (1) propter textum Geneſ. *cap. 16. verſ. 9.* ubi Angelus Hagar fugitivam monet, Kehre um wieder zu deiner Frauen / und demüthige dich unter ihre Hand. (2) Quod Apoſtolus Petrus *in Epiſtol. ſuæ cap. 2. v. 18. durioribus iniquioribusque dominis non minorem obedientiam quàm mitioribus jubeat exhibere.* (3) Imò quod Paulus reducat Oneſimum ſervum fugientem. *in Epiſtol. ad Philemon.* Quibus addi (4) debet quod refert Ælianus. *Varior. 23. & 28.* à Deo puniri ſervos fugitivos. ibi: *Servus ille fugitivus oberrans, cum Delphos perveniſſet, à Canibus diſtractus eſt, & fuga pœnam heri Diogenis nomine perſolvit.* Apud alios vero rem ſub diſtinctione expediri legimus, utrum ſcilicet ſervus in bello captus, an per nativitatem, contractum vel delictum Poteſtati Dominicæ ſubjectus fuerit, de priori, quod fugiendo tutus ſit etiam in Conſcientia, ſtatuit Vasquius *Controverſ. Lib. 1. cap. 9. num. 21.* & hunc omni mortali peccato etiam in foro animæ eximit, cum talis ſervus quadrupedibus & ſimilibus, aut etiam feris captis æquiparetur, quæ cum primum

evaſerint manus capientium, libertatem conſequantur. Quorſum ſpectaſſe credibile eſt Florentinum *in L. 26. ff. de Poſtlimin. reverſ.* dum dicit; *Nihil intereſſe quomodo captivus reverſus ſit, an vi vel fallacia, hoſtium poteſtatem evaſerit*; è contra diſtinguit Grotius *de J. B. & P.* ita ut ei qui juſto in bello captus eſt, fugiendi poteſtatem (& ſanè non ſine ſpecioſa aſſerti ſui ratione, cum talis domino ſuo ob conſervationem vitæ, quam impunè ei eripere potuiſſet, immenſum obligatus ſit, juxta illud. Curtii *Lib. 7. cap. 10. vitam quam acciperent, pignori futuram eſſe dixerunt, reddituros quandocunque repetiſſet.* Sed & Petrinum illud *in Epiſtol. Pet. 2. cap. 2. v. 19. A quo quis ſuperatus eſt, huic in Servitutem addictus eſt.* ſibi adverſum habeat,) adimat. *Lib. 3. cap. 14. §. 7.* in Injuſto vero bello captis hanc facultatem concedat, *Lib. 3. cap. 7. §. 6.* Iſtos vero qui per Nativitatem vel Contractum in Servitutem detruſi ſunt, fugere poſſe abſque peccato mortali, poſt Dominicum de Soto negat rurſus, Vaſq. *Controverſ. Lib. 1. cap. 11. in pr.* probabiliter tamen affirmari poſſe in caſu immanis ſævitiæ, rurſus ſtatuit. Grot. *L. 2. c. 5. §. 29.* quippe cum & Jure Naturali moderamine inculpatæ Tutelæ tali Servo quodammodo uti liceat. Imò hi duo inſignes Juris Univerſalis Anteſignani ne quidem quoad ſervos ex delicto tales conveniunt, dum Vaſquius *d. l. num. 3.* tales fugientes in Conſcientia tutos pronunciet, Grotius vero illis qui pœnam juſtam ferunt, præceptum Juſtitiæ omnino fugæ poteſtatem adimere, diſertè affirmet, *in Lib. 3. cap. 7. §. 6. num. 5.* Et certè quid in hac ipſa Sententiarum diverſitate à DD. in Grotium commentantibus in infinitum ferè aucta, ſtatuendum ſit, certò non conſtat, cum utraq; pars plauſibiles pro ſuæ Sententiæ firmamento rationes adducere valeat, nobis tamen ſi quid in defectu Legum

Civi-

Civilium decidendum committeretur, prima Vaſquii Sententia, Grotianæ diſtinctioni, ea potiſſimum ex ratione præferenda videretur, quia de Belli Juſtitia vel Injuſtitia non ſemper, præprimis inferioribus conſtat, ſicut nemo bello captorum ſe juſte captum eſſe profeſſurus: ſed potius unusquisque penes ſuæ partis homines cauſæ Juſtitiam conſiſtere cauſaturus ſit, quo in Caſu nulla certa determinatio unquam, niſi manifeſtiſſima eſſet Belli injuſtitia, haberi poſſet. jung. Ziegler ad Grot. *d. l. 3. c. 7. §. 6.* in reliquis vero Vaſquii ſententiam rejiciendam, Grotii autem præferendam cenſeremus.

§. XVIII. Omnium optimum itaque, & quod ſua inſigni æquitate mirum quantum ſeſe commendat temperamentum, invenit Antonini Pii Imperatoris Conſtitutio, cedro digniſſima, qua dominorum Juri nihil quidem detrahitur, interim tamen ſervis auxilium contra ſævitatem, famem vel aliam intolerabilem injuriam conceditur, ut ſcilicet ad Ædes ſacras, (quibus hodie ſucceſſerunt Eccleſiæ,) vel Principum ſtatuas confugiendo, non quidem totalem à Poteſtate Dominica liberationem, ſed tamen ejus mutationē poſſent conſequi, ita ut talis ſævus dominus ſervū ſuum bonis conditionibus, veluti, ut ne manu mittantur, vel tanquam fugitivi in vinculis habeantur juxta *L. 25. ff. de Stat. Liberal.* paciſci non liceret, cogeretur, vendere, quam Conſtitutionē, humanitatis & Naturalis Æquitatis plenam, etiamſi ipſi Tiberio deberemus, laudare tamē neceſſe eſſet, licet enim ſub initia Romanæ Reipublicæ nihil non ſeveritatis vel crudelitatis in ſervos intermiſſum fuerit, & nec ſtatua Romuli à Senatu Romano, nec Dianæ templum, à Rege Servio, teſte Dionyſi. Halicarnaſ. *Lib. 4.* ſervis in Aſylum conſtitutum, ſervos ab ira dominorum tueri potuerit, tamen in eo Tiberius laudandus, quod pri-

mus ſtatuam ſuam aſyli loco rurſus propoſuerit, capitali pœna propoſita iis, qui ſervum à ſtatua detraxiſſent. Teſte Philoſtrat. *in Vit. Apollon.* imitatus certè in eo, ſive ſalutem ſervorum, ſive perniciem dominorum, quod putat Bodin. *de Republ. Lib 1. cap. 5. n. 37.* reſpexerit, aliarum ſaniorum Gentium Inſtituta & Leges ab ipſo Supremo LLatore latas, ut enim nunc taceamus originem harum Statuarum, Aſyli quaſi Jure gaudentium, ad Aſſyrophanem Egypti vetuſtiſſimum Principem, eusque σύγχρονον Ninum Aſſyriorum Regem, patri Belo talem Statuam ponentem, referentes Fulgentium, Bernhardum, Sixtum Sinenſem & Alphonſum Toſtatum Epiſcopum Abulenſem, malè ea propter exceptos ab Oſiandro *in Tract. de Aſylis Gentium. § 3. & ſeq.* extra dubium eſt, apud Ægyptios Canopium Nili Oſtium, Alexandrinos & Cyrenæos Ptolomæi Statuam, Athenienſes Theſei ſepulchrum, Epheſios Dianæ templum, ſervis in Aſylum conceſſum fuiſſe, teſtantibus Plutarch. *in Theſeo.* Philoſtrat. *in Vita Apollon.* Vinn. *ad §. fin. J. de his qui ſui vel alien. jur.* quin imò apud Hebræos etiam, ſervis Tyrannide dominorum oppreſſis, ad legitimum Magiſtratum licuit confugere, & ab eo præſidium contra ſævitiam petere, ita ut ſi durius habiti vel membro mutilati fuiſſent, liberi dimittendi eſſent. juxta Exod. *cap. 21. v. 26. & Deuter. cap. 23. v. 15.* Cujus ultimæ Legis ita conceptæ. Du ſolt den Knecht nicht ſeinem Herrn überantworten/ der von ihm ſich zu dir ſich gewendet hat. &c. verba, licet aliqui de ſervis Ethnicis ad Populum Iſraeliticum, in primis è Gentibus vicinis, Cananæis exilio devotis, religionis cauſa profugientibus, ſolummodo intelligant, prout videre eſt apud Grot. & Calov. *ad d. l.* Bochell. *de LL. Politic. Vet. & Nov. Teſtam. Lib. 1. cap. 30.* magis tamen nobis arridet B. Bren-

B. Brentii Sententia, hunc in locum ita differentis: *Servorum miſera fuit conditio apud Veteres, tam Iſraelitas quam Ethnicos, aliquoties domini ſecundum carnem, crudeliores etiam in ſervos erant, quam conditio hominis ferebat. Quare curat Dominus Deus noſter pro ſervis, & conſtituit eis tuta Aſyla, jubet ut ſervi fugitivi, non quilibet inobedientes & immorigeri, ſed iniqua Dominorum tyrannide oppreſſi contra publicas Leges, recipiantur à Magiſtratibus in Tutelam & defendantur, ut non ſolùm ſint tuti à Dominis ſuis Tyrannis, verum & à Civibus.* &c.

§. XIX. At, inquies hæc Aſyla & facultas confugiendi ad Statuas Principum plus habent Injuſtitiæ quam Juſtitiæ, cum uti Tacitus duobis in locis conqueritur, ita facile fieri poſſit, ut incedat deterrimo cuique licentia, impunè probra & invidiam in bonos excitandi, arrepta Imagine Cæſaris, ſimulando ſe eorum timore ad Aſyla confugiſſe, ſeu imaginem Imperatoris geſtare, ut itaq; ſervi Domino plus metuendi ſint quam hoſtes, adducens Cajum Ceſtium Senatorem, hac de re ita ratiocinantem; *Principes quidem Deorum inſtar eſſe, ſed neque à Diis injuſtas ſupplicum preces audiri, neque quenquam in Capitolium, aliave urbis templa perfugere, ut eo præſidio ad flagitia utatur: Abolitas & funditus everſas Leges, ubi in foro, in Limine Curiæ ab Annia Ruffilia, quam fraudis ſub Judice damnaſſet, probra ſibi & minæ intendantur, neque ipſe audeat jus experiri ob Effigiem Imperatoris oppoſitam.* Et in alio loco idem Tacitus. *Creſcebat Græcas per Urbes impunitas Aſyla ſtatuendi, complebantur templa peſſimis ſervitiorum.* &c. Vero reſpondeo & in hoc LLatores noſtros inſignem Juſtitiæ curam habuiſſe, dum ne quis ad concitandam alteri invidiam, ad Statuas confugeret, publicè edixerunt, & porrò certas quaſdam

cauſas

cauſas, propter quas ſervis recipiendi ſesè ad Statuas facultas concedenda eſſet, ſtatuerunt, cujus prioris clarum veſtigium occurrit, apud JCtum Calliſtratum *in L.28. § 7. ff. de Pœnis.* ubi ad Statuas confugere vel Imagines Principum in alerius injuriam quærere, adeo eſt prohibitum; ut ſi quis hoc fecerit, juxta Scævol. *in L.38 ff. de Injur.* in vincula publica mittendus, vel plane extra ordinem, non ſolum fugiens, ſed & perſuadens, coercendus fuerit. *L. 5. ff. de Extraord. crim.* junct. *L. un. C de his qui ad Stat. confug.* Poſterioris vero demonſtrationem ſuſcipit ipſe Imp. noſter, quando de quovis ſervorum ad Statuas confugientium cognoſcere jubet, *an durius, quam æquum eſt, habiti, vel infami injuria affecti fuerint.* quæ ultima verba, ſive ab ipſo Antonino Pio prolata, ſive denique à Triboniano ſolùm, juxta regulas Chriſtianiſmi, uti ſuſpicatur, Grotius *in Florib. ſparſ. ad L. 2 ff. de his. qui ſui vel alien. Jur.* textui interjecta fuerint, magnam Juſtitiam ſapiunt, licet in eo Grotio aſſentiri nequeamus, quod ipſe adſtruit, ſub paganis Principibus id neceſſitatis fuiſſe, ut ſervi vel ſervæ dominorum parerent libidinibus, cum diſertè contrarium in puncto Juris pronunciet Ulpian. *in L. 1. ff. de Offic. Præf. Urbi. §. 8.* dicens. *quod dictum eſt, ut ſervos de dominis querentes audiat, ſic accipiemus, non accuſantes dominos, ſed ſi verecunde expoſtulent, ſi ſævitiam, ſi duritiem, ſi famem qua eos premant, ſi obſcœnitatem in quam eos compulerint vel compellant, apud Præfectum Urbi exponant.* quam Legem, ſi quis etiam a Triboniano interpolatam, dicat, audiat Senecam *de Beneficiis Lib. 3. cap. 22.* ubi ita. *Poteſt dare beneficium domino, ſi à domino injuriam poteſt accipere, atqui de injuriis dominorum in ſervos, qui audiat, poſitus eſt, qui & ſævitiam, & libidinem, & in præſtandis ad victum neceſſariis avaritiam, compeſcat.* ut ita non ſolummodo

Digitized by Google